BIBLIOTECA NAZ.
111
F
8
NAPOLI

111
F
8

Digitized by Google

NOVA
CLAVIS HOMERICA:

Cujus ope

Aditus ad intelligendos ſine Interprete

ODYSSEÆ LIBROS

omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt ſelectæ Clariſſ. Virorum

Clarckii, Ernesti, Spondani, cet.

Annotationes & Scholia.

Opera

JOANNIS SCHAUFELBERGERI,

Publici in Schola Turic. Pædagogi.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI



B. R. NEAPOL

Tom. VII.

M. —— P.

TURICI,

Litteris Fuesslini et Socc.

MDCCLXVII.

Digitized by Google

CLAVIS HOMERICA,

IN M. ODYSSEÆ.

V. 2.

'Ευρύπορος, ου, latus tranſitu, vaſtus ad tranſeundum, **weit zum Uebergang**, *maris* Epith. *Od.* Δ. 432.

V 3.

Νῆσον ἐς 'Αιαίην, Vid. ad *Od.* Κ. 135.

V. 4.

"Οθι 'Ηοῦς — 'Οικία καὶ χοροί εἰσι, ubi Auroræ — Habitationes & loca hilaria ſunt. hîc duo illa nomina notant idem, τόπους καὶ χώρους, adjuncta tamen lætitiæ notione, & cœtuum Auroræ pediſſequorum, cingentium eam velut dominam. Hinc eſt τὸ εὐρύχορον, i. e. το εὔχωρον καὶ μέγα, ſpatioſum & amœnum in amplitudine regionis.

'Ανατολή, ῆς, ἡ, ortus, collocatio ſurſum

V. I — 4.

Locus, quem tenebat Circe, *inſulam Æeam* vocat Homerus narratque, *in Oceano eſſe ſitam* Sed non eo pervenit Ulyſſes, neque Ææa in Oceano ſita eſſe videtur, cum ad Colchidem pertineat in receſſu Ponti Euxini. Quomodo ergo pugnantia hæc inter ſe concilientur? Nimirum ea fultus poteſtate, quæ Poëtis omnibus conceſſa eſt, ut rem faceret mirabiliorem, ſedem Circes, quæ in Latio poſita erat prope Formias, ad Ææam deportavit, quæ ſedes Medeæ fuerat. Neque id abſurde confingit. Cum enim Circe & Medea cognatæ fuerint, (nam ab Æete fratre Circes progenita eſt Medea,) non improprie, neque invenuſte, quæ de utraque ferebantur, permiſcuit & confudit. Ceterum promontorium illud Latii, ubi Circe habitaſſe fertur, etiam nunc antiquo retento nomine *Circæum* nuncupatum, non male *inſulam* dixit Vates, utpote quod ſtagnis ferme ſit circumdatum. Neque mirum, quod hanc inſulam *Auroræ domicilium* vocet, & in ea *Solis ortum* collocet, etſi illa ad Veſperum vergat; nam cum mons Circæus altiſſimus

eſſet, ajunt, delubrum Circes nocte etiam Sole fuiſſe colluſtratum, *h. e.* ibi lucem matutinam albeſcere cœpiſſe, cum nondum cetera loca nocturnæ tenebræ deſeruiſſent. Vetuſtiſſimum autem delubrum illud adhuc *Ciceronis* ætate, ipſomet teſte luculentiſſimo, magna cum religione colebatur. At quo jure Pontum Euxinum & mediterraneum mare Oceanum Homerus appellat? Quia, ut perhibet *Strabo*, mari etiam huic Oceanus, nempe exterior, nomen fuit. Quod mare mediterraneum nunquam egreſſus eſt Ulyſſes, qui ferme circa Siciliam vagatus, & eo locorum erroribus actus. Suntque qui credant, contendantque, neque ad Hiſpaniæ oras (quod tamen affirmant plerique) fuiſſe delatum; neque Ulyſſiponem Luſitaniæ caput ab antiquo illo Ithacenſi, ſed ab alio Ulyſſe recentiori, nomen accepiſſe; quod idem dicunt de aliis Ulyſſeis veſtigiis, quæ in Hiſpaniæ oris ad hæc tempora permanere jactantur: ſicut enim plures Hercules extiterunt, ita & plures Ulyſſes. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 117. 118.

V. 5.

Νῆα μὲν ἔνθ᾽ ἐλθόντες ἐκέλσαμεν, *Od.* Λ. 20.

V. 7.

Ἔνθα δ᾽ ἀποβρίξαντες —, Vide ad *Od.* I. 151.

V. 9.

Πρoίην, *Od.* K. 100.

V. 10.

Οἰσέμεναι νεκρὸν Ἐλπήνορα τεθνειῶτα,. Ut apportarent corpus mortuum Elpenoris. Vide ad *Od.* Λ. 37] *Libro præced.* vidimus, Elpenorem primum apud inferos Ulyſſi apparuiſſe, petiiſſeque ab eo, ut quam primum Circes domum rediret, funus & ſepulturam ſuam procuraret, id ei quoque Ulyſſes eſt pollicitus: proinde nihil habuit nunc antiquius, quam ut promiſſa ſua exſequeretur, & huic ſocio demortuo officium præſtaret. Dicebamus enim, inhumatorum animas creditas in inferis a quiete arceri. Ritus autem ſepulturæ aliâs quoque vidimus. SPOND.

V. 11.

V. 11.

Φιτροὺς δ' ἄιψα ταμόντες, de rogo exſtruendo, & lignis ad eam rem cædendis, da wir Stämme der Bäumen ſchnitten und klöbeten, nachdem wir ſie gefället: nam omnia tria iſta inſunt participio. θεμέλια φιτρῶν καὶ λάων, fundamenta per truncos & ſaxa magna facta; *vel* &c, ædificationem iſtam per truncos & ſaxa factam, *Il.* Μ. 29. ὑλοτόμοι φιτροὺς ἔφερον, lignatores adferebant truncos arborum cæſarum; & eſt ſpecies pro genere, *i. e.* ligna magna, *Il.* Ψ. 123.

Ὅθ' ἀκροτάτη πρόεχ' (*pro* προεῖχε) ἀκτὴ, ubi extremum prominebat littus. προέχω, *Od.* Κ. 90.

V. 12.

Θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες, *Od.* Κ. 409.

V 13.

Νεκρός τ' ἐκάη, καὶ τεύχεα νεκροῦ, mortuusque combuſtus eſt, & arma mortui.

V. 14.

Τύμβον χεύαντες, Tumulum aggerentes. τύμβον ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν, tumulum juxta rogum adgeremus unum, *Il.* Η. 336. ἔχευα Ἀγαμέμνονι τύμβον, ἵνα ἄσβεστον κλέος εἴη, aggeravi ei tumulum, ut fama de eo & nomen ejus non extingueretur; *Od.* Δ. 584. Videmus ergo tumulum aggeſtum, in memoriam mortui.

Καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες, & ſuperne cippum erigentes, & ſuper ſtatuentes columnam in tumulo: & hæc στήλη erat ἐρετμὸν, remus ligneus erectus. στήλη, ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ, columnæ *vel* ſtatuæ, ſupra tumulum viri fato functi, *Il.* Λ. 371.

V. 15.

Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ — ἐρετμὸν, Fiximus ſupra in tumulo — remum: de Elpenore ſepulto per combuſtionem.

Εὐῆρες ἐρετμὸν, *Od.* Λ. 120.

V. 16.

Ἡμεῖς μὲν τὰ ἕκαστα διείπομεν, Nos quidem hæc ſingula exſecuti ſumus & curavimus, *ſc.* quæ ad ſepeliendum eum pertinebant. τὸ πλεῖον πολέμοιο χεῖρες ἐμαὶ διέπουσι, majorem partem belli meæ manus adminiſtrant, *Il.* Α. 166.

ὡς ὅγε κοιρανέων δίεπε στρατὸν, ſic ille cum imperio obibat & regebat exercitum, *Il.* B. 207. σκήπτανίῳ δίεπε ἀνέρας, ſcipione inſequens abigebat viros, diſturbavit, *Il.* Ω. 247.

v. 18.

Ἦλθ' ἐντυναμένη, Venit ut talis, quæ paravit ſe eleganter & nitide; ἑαυτὴν ἐπαγωγότερον ὁπλίσασα, εἴπως ἀρέσῃ αὐτῷ. Media forma eſt pro Activo cum pronomine reciproco, *pro* ἐντύνασα ἑαυτήν. ὄφρα τάχιστα ἐντύναι, *Od.* Z. 33.] Poſtquam ſe ipſa ornaſſet. Hic nimirum maxime proprius vocis *Mediæ* uſus. Vide ſupra ad *Od.* E. 491. & Λ. 423. CLARK.

v. 21.

Σχέτλιοι, Audaces! οἱ τολμηταὶ ἢ καὶ ἐπίπονοι, καὶ πολλὰ ἀναχόμενοι καὶ τλάντες.

Οἳ ζώοντες ὑπήλθετε δῶμ' Ἀΐδαο, qui vivi ſubiiſtis domum Orci, qui vivi acceſſiſtis domum Plutonis. ὑπήλυθε θάμνους, *Od.* E. 476.

v. 22.

Διθανής, έος, ὁ, ἡ, Bis moriens.

Διθανέες, Bis morientes & deſtinati morti,] Virg. *Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre Tartara.* Æneid. VI. 134. Ovid. *Satis eſt inamabile regnum Aſpexiſſe ſemel, Stygios ſemel iſſe per amnes.* Metam. XIV. 590. CLARK. Redeuntem ab inferis Ulyſſem & ejus ſocios urbane *bis mortuos* appellat, quia loca mortuorum acceſſiſſent, unde tamen retuliſſent pedem: eodem redituri, cum morientur. Meliori tamen jure Siſyphus, de quo *Libro præced.* διθανής appellaretur, ut qui bis mortuus inferos ſubierit. Quod autem de Ulyſſe dicit, id aliis etiam accommodari poteſt, qui ex inferis vivi reverſi ſunt, ut Hercules, Theſeus, & alii, de quibus *antea.* SPOND.

Ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι,

Cum tamen alii ſemel moriantur homines.]

Horat. *Omnes una manet nox, Et calcanda ſemel via lethi.* Carm. I. Od. XXVIII. 15. CLARK. Conf WOLFII *Cur. Phil.* in *Hebr. IX:* 27. ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν.

v. 24.

Αὖθι πανημέριοι, Hic toto die

Πανημέ-

Παννμέριος, *Od.* Λ. 11.

Ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένηφι, ſimul autem cum aurora conſpicua, cum prima luce, λαμπομένη, φαινόσῃ, ſo bald die Morgenröthe ſichtbar wird. *Od.* Ζ. 31.

V. 25.

Πλεύσεσθ', *pro* Πλεύσεσθε, Navigabitis.

V. 26.

Σημανέω (*pro* σημανῶ) ἕκαστα, Indicabo accurate ſingula, ich will dir alles genau bezeichnen. πᾶσι δὲ σημαίνειν ἐθέλει, vult omnibus præcipere & imperare, *Il.* Α. 289. μὴ μοι σήμαινε, ne mihi impera, *ibid.* 296. σημαίνει φυλάκεσσι, præfectus eſt vigilum, *Il.* Κ. 58. σημαίνουσι λαοῖς, præſunt militibus, *Il.* Ρ. 250. οἱ σημαίνειν, præcipe ei agendum, *Il.* Λ. 788. Vide etiam ad *Il.* Ξ. 85. Π. 172. Φ. 445. Ψ. 358.] Circe quidem optimis conſiliis Ulyſſem & ejus ſocios inſtruet; quæ ſi ſequerentur, tuti in patriam redirent: ſed illi non omnia diligenter ſervabunt; ideo etiam penitus peribunt, uno Ulyſſe excepto. SPOND.

Κακοῤῥαφίῃ ἀλεγεινῇ, ex inſcitia & prava inſtructione mentis, quæ miſerias creat, aus elendem Unverſtand. malo conſilio, curarum malarum auctore. κακοῤῥαφίησι νόοιο, ex malis diſpoſitionibus & intentionibus mentis, *ſc.* facere violenta opera, *Od.* Β. 236. ubi de procis ſermo eſt. κακοῤῥαφίης ἀλεγεινῆς πρώτη ἐπαύρηαι, inſidiarum *vel* malæ mentis miſeræ & infelicis prima fruaris, *Il.* Ο. 16. & additum id Epithet. διὰ τὰ καὶ αὐτὴν ἄλγη, quia mens mala ſibi & aliis creat dolores. Loquitur autem ibi Jupiter ad Junonem inſidioſam, & contra Trojanos machinantem.

V. 27.

Ἵνα μή τι — Ἢ ἁλὸς, (*pro* ἐφ' ἁλὸς,) ἢ ἐπὶ γῆς, ἀλγήσετε πῆμα παθόντες, ne forte — Aut in mari, aut in terra, doleatis malum paſſi: ne aliquod — Aut in mari, aut in terra, doleatis infortunium paſſi.

V. 28.

Ἐπεπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ, *Od.* Κ. 466.

V. 29 — 31.

Od. Κ. 183 — 185.

v. 32.

Κοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός, ita *Il.* Α. 476. id nauticum: dormire humi in littore ad ancoras ibi infixas & alligatos funes; ſicut militare eſt, dormire in armis in terra.

v. 33.

Φίλων ἀπονόσφιν ἑταίρων, abſentibus meis ſociis,] Sequentia Ulyſſi ſeorſum Circe commemorat; quæ tamen oportebat etiam ceteris ſociis indicari, quia ad omnium ſalutem pertinerent. Sed illa Ulyſſes, cum navem conſcenderint, *paulo poſt* breviter ſignificabit. Hîc autem præcedit ipſius Ulyſſis narratio, qua Circæ ſuam navigationem ad inferos recenſet, qualem nimirum *antea* vidimus: nam in ea repetenda ſuperfluum fuiſſet nunc apud Phæacas occupari. Tum ſequitur ipſius Circes conſilium, idque *quadruplex: primum* circa Sirenas, quarum cantus amœnitatem ſuadet, ut effugiat; *deinde* circa Cyanea ſaxa; *tertio* circa Scyllam & Charybdim, in quibus tuto præternavigandis ſummam cautionem adhibendam eſſe docet, propter uſitatum in illis partibus naufragium; *quarto* circa Solis armenta, a quorum eſu monet, ut ipſe & ſocii abſtineant. Quæ omnia graphice depinguntur, & quaſi ob oculos ponuntur. SPOND.

Ἀπονόσφι, *Od.* Κ. 528.

v. 34.

Προσλέγομαι, una accubo.

Εἷσέ τε, καὶ προσέλεκτο, (*pro* προσελέγετο,) καὶ ἐξερέεινεν ἕκαστα, Fecitque me conſidere Circe, & accubuit proxime ad me in ſella, & me interrogabat ſingula. Notatur familiaris & blanda Circes approximatio ad Ulyſſem in ſedendo, ut ſolent collocuturi familiarius.

v. 37.

Πειραίνω, & πειραίνω, ad extremitatem alteram e regione ſitam perduco & fero. nam eſt a πέραν.

Ταῦτα μὲν οὕτω πάντα πεπείρανται, Iſta quidem ſic omnia ad finem perducta ſunt, das iſt denn nun in ſo weit alles zu Ende gebracht, τετελείωνται.

v. 38.

Μνήσει δέ σε καὶ θεὸς αὐτός, in mentem autem tibi revocabit etiam Deus ipſe, *vel* tibi in memoriam reducet.

v. 39.

v. 39.

Σειρῆνες, ων, αἱ, erant ſuaviſſimæ & doctiſſimæ cantrices.

v. 40.

Ἀνθρώπους θέλγουσιν, Homines incantant. θέλγειν hîc eſt τὸ καθ᾽ ἡδονὴν ἀοιδῆς ἐξιστᾶν.

Ὅ, τις σφέας εἰσαφίκηται, quiſquis ad eas (Sirenas) accedat.

v. 41.

Ὅστις ἀϊδρείῃ πελάσῃ, *ſc.* την ναῦν, Quiſquis imprudens appropinquaret, Quicunque ex ignorantia appulerit, ad Sirenas, quia eas non novit, quam pernicioſæ ſint. ἀϊδρείῃσι νόοιο, *Od.* Λ. 271.

v. 43.

Γάνυμαι, *Il.* N. 493.

v. 44.

Λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ, clare ſonante incantant cantu.

v. 45.

Ἥμεναι ἐν λειμῶνι, Sedentes in prato humido, Sirenes.

Πολὺς δ᾽ ἀμφ᾽ ὀστεόφιν (*pro* ὀστέων) θὶς, multus *vel* magnus autem circum oſſium acervus, *ſc.* eſt ad littus inſulæ Sirenum.

v. 46.

Ἀνδρῶν πυθομένων ὀστέα, Virorum putredine abſumtorum oſſa. αὐτοῦ ὀστέα λευκὰ πύθεται ὄμβρῳ, ejus oſſa alba putreſcunt pluviis, *Od.* A. 161.

Περὶ δὲ ῥινοὶ μινύθουσιν, & circum cutes conſumuntur, die Haut an ihnen verfaulet. μινύθει δέ σοι ἦτορ ἑταίρων, minuitur tibi cor ſociorum, *i. e.* animo cadunt, *Od.* Δ. 374.

v. 47.

Ἀλλὰ παρὲξ ἐλάαν, Sed in propinquo præter navigato. *propr.* præter agito, *ſc.* νῆα. μάστιξεν δ᾽ ἐλάαν, *Od.* Z. 82.

Ἐπαλείφω, inungo, oblino, claudo inungendo.

Ἐπὶ δ᾽ οὔατ᾽ (*pro* οὔατα) ἀλεῖψαι ἑταίρων, aures autem obline & obtura ſociorum.

v. 48.

Κηρὸς, οῦ, ὁ, cera. a κέω, *vel* καίω, nam facillime liqueſcit calore.

Δεψέω, idem quod δέφω, fut. δέψω, hinc novum verbum δεψέω, mollio, ſubigo, μαλάσσω, καἰεργαζόμαι.

Κηρὸν δεψήσας, ceram ſubigens & molliens manibus. *coll.* 174. *ſqq.* vel, formans & fingens digitis.

Μελιηδὴς κηρὸς, ſuavis cera, *ſc.* ὁ πολὺ τοιοῦτος, antequam mel exprimeretur; ſuavis tamen & nunc odore. μελιηδὴς θυμὸς, *Od.* Λ. 202.

v. 49.

Ἀτὰρ αὐτὸς ἀκουέμεν, (*ſc.* δύνασαι,) αἴκ᾽ ἐθέλῃσθα. Δησάντων &c.] Mihi magis placet altera interpunctio librorum plurium & veterum, quæ eſt etiam *Euſtathii:* ἀτὰρ αὐτὸς ἀκουέμεν αἴκ᾽ ἐθέλῃσθα, δησάντων &c. *Sed ſi ipſe cupis audire: Vinciant te* &c. ERN.

v. 50.

Δησάντων, *Attice* pro δησάτωσαν, Ligent.

v. 51.

Ὀρθὸν ἐν ἱστοπέδῃ, Stantem ad malum navis: ut proſpectus longior eſſet; non vero ſedentem aut cubantem.

Ἱστοπέδη, ης, ἡ, in navi lignum, cui inſeritur & alligatur malus infra, der Balke und Ort im Schiff, wo der aufgerichtete Maſtbaum unten beveſtiget wird. imo &, pes ipſe mali, ejusque inferior pars. ἐν ἱστοπέδῃ, ad pedem mali, ubi alligabatur Ulyſſes. ex ἱστὸς οῦ, ὁ, malus: & πέδη, ης, ἡ, compes, vinculum pedum.

Ἐκ δ᾽ αὐτοῦ (*ſc.* ἱστοῦ) πείρατ᾽ (*pro* πείρατα) ἀνήφθω, ad malum navis autem fines funis alligantor, die Ende des Schiffthaues ſollen daran angebunden werden. τὰ πείρατα τοῦ σχοινίου. *coll* 162.

Ἀνήφθω, alligantor. præt. imperat. Paſſ. v. ἀνάπτω, adjungo. πρυμνήσια ἀνάψαι, *Od* I. 137.

v. 52.

Ὄφρα κε τερπόμενος ὄπ᾽ (*pro* ὄπα) ἀκούῃς Σειρήνοιϊν, Ut cum voluptate audias vocem Sirenum. *pro* ἀκούων τέρπῃ.

Quia Poëta dualem, Σειρήνοιϊν, de iis ponit, hinc colligitur, velle eum duas intelligi, non tres: ponit quidem & pluralem; ſed is de duabus non minus apte ponitur.

v. 54.

Οἱ δέ σ᾽ ἐνὶ πλεόνεσσι τότ᾽ ἐν δεσμοῖσι δεόντων, Illi dein te in pluribus tum vinculis alliganto. δεόντων, *Attice* pro δεέτωσαν.

v. 39 —

v. 39 — 54.

Ad *Sirenas* devenit Ulyſſes, quarum cantu ne caperetur ipſe, ac ſocii, eorum aures, ut monuit Circe, obturavit cera, ſe autem alligari fecit arctiſſimo vinculo ad malum navis, præcipiens ſociis, ne unquam ſe ſolverent, etiamſi oculorum nutibus enixe id peteret. *Tres* illas vulgo fuiſſe ajunt; at *duas* tantum Homerus commemorat, quarum nomina dicit *Euſtathius* eſſe Aglaophonon, & Thelxiepiam, quæ Sirenulas parvas inſulas e regione Surrenti ſitas incoluerunt. De iis in *Apologia adverſus Ruffinum* teſtatur *D. Hieronymus* his verbis: *Veni Rhegium, in Scyllæo litore paululum ſteti; ubi veteres didici fabulas, & præcipitem fallacis Ulyſſis curſum, & Sirenarum cantica, & inſatiabilem Charybdis voraginem.* Illac navigantibus pellices illas vaferrimas molliſſimo cantu mirisque ſuaviſſimarum voluptatum pollicitationibus blandiri atque expalpare conſueviſſe, una tum Homeri, tum aliorum Poëtarum vox eſt.

Ceterum, quis non videat, ſub *Sirenum* imagine ipſas voluptates noxias, earumque illecebras depingere voluiſſe Homerum, quibus plerique mulcentur: dum interim Ulyſſes aliique viri prudentes contra earum cantus & lenocinia, rectæ rationis quaſi cera quadam, aures ſuas obſtruunt atque occludunt? Unde enatum proverbium, *Sirenas prætervehi*, h. e. voluptatum blanditias contemnere. Quo reſpexiſſe videtur *Hieronymus*, dum ait: *Et nos ad patriam feſtinantes mortiferos Sirenum cantus debemus ſurda aure tranſire.* In primis vero ſermonum illecebræ & lenocinia verborum *Sirenes* metaphorice dici ſolent; unde & σειρὴν ἀπὸ τῆς σειρᾶς derivari videtur, quia ſcil. voluptate ſuavitateque ſermonis homines quaſi catena quadam vincti teneantur. Hinc & *Iſocrates* ob ſuaviloquentiam dictus *Siren Attica*.

Porro marina hæc monſtra eleganter deſcribit *Martialis*, *Lib. III.*

Sirenas hilarem navigantium pœnam;
Blandasque mortes, gaudiumque crudele.

Horatius vero,

Sirenum voces, & Circes pocula noſti,

& quæ ſequuntur. Et *Claudianus :*

Dulce malum pelago Siren, —

Denique *Ovidius Lib I. de arte amandi:*

Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora
Quaslibet admiſſas detinuere rates.

De monſtris hiſce marinis, quæ revera exſtitiſſe, & adhuc alicubi exiſtere videntur, (quandoquidem unum memorant non multis abhinc annis in Friſia captum, & nere doctum,) *Calmetium*, ſi vacat, conſulite. (*in Eſaj. Cap XIII*) Cauſſam vero, cur monſtris illis cantus ſuavitatem Homerus tribuerit, non minus latere puto, quam ſi quis quærat de cycnorum cantu, qui dulciſſime modulari morti proximi dicuntur, ſive, ut malunt hodie plerique eruditorum, confinguntur. Nihilominus non id dixiſſe temere, neque non aliqua innixum veriſimilitudine putaverim Vatem, cum de Sirenum voce ſive cantu teſtetur etiam *Eſajas*, ubi Babylonis excidium vaticinans, ejusque ſuperborum ædificiorum in ſaltus horridos & paluſtres lacus immutationem, Sirenas nominat reſpondentes ululis in delubris voluptatis. (*Cap. XIII v. 22.*) RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 141. *ſqq.* Conf. etiam inter alios BANJERS Götterlehre, *Tom. III. p.* 588. *ſqq.*

v. 55.

Ἐπειδὴ τάςγε παρὲξ ἐλάσωσιν ἑταῖροι, *ſc.* νῆα. Vide ad *v.* 47.

v. 56.

Ἔνθα τοι ὐκ ἔτ' ἔπειτα διηνεκέως ἀγορεύσω, Tibi jam non explicite dicam, ich kan es dir jeßt nicht umſtändlich und ausführlich ſagen. Vide ad *Od.* Η. 241.

v. 57.

Ὁπποτέρη δή τοι ὁδὸς ἔσσεται, Utra tibi via erit ingredienda ex duabus. ὁππότερος, *Il.* Γ. 71.

Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Θυμῷ βυλεύειν, ſed & ipſe Animo conſidera & diſpice, ſi veneris in rem præſentem.

v. 58.

Ἐρέω (*pro* ἐρῶ) δέ τοι ἀμφοτέρωθεν.] Dicam tibi utramque viam, ut ipſe poſſis decernere, utram malis ſequi; utrum per *Planctas*, an per *Scyllam* & *Charybdim* ire velis.

Infra

Infra *v.* 108. tamen ſuadet per *Scyllam* & *Charybdim*, ut minus periculoſam viam ire. ERN.

v. 59.

Πέτραι ἐπηρεφέες, petræ non modo ὑψηλαὶ, ſed & ταῖς ἐξοχαῖς οἷον ἐρέφειν δοκοῦσαι, viſæ quaſi cameratæ. ſic & *Od.* K. 131.

v. 60

Προτὶ δ' αὐτὰς Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ, ad eas autem Fluctus ingens reſonat *vel* graviter ſtrepit, rauſchet. Vide ad *Od.* E. 402.

Κυανῶπις, ιδος, ἡ, nigris oculis prædita. a κυάνεος, nigricans; & ὤψ, ὠπὸς, ὁ, oculus: vultus. κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης, cærulei maris.

Ἀμφιτρίτη, *Od.* Γ. 91.

v. 61.

Πλαγκτὸς, ἡ, ὸν, errans, vagans. & *Metaph.* ſtolidus, mente errans. a πλάζω, *fut.* ἄγξω, vagari facio.

Πλαγκτὰς δή τοι τάς γε Θεοὶ μάκαρες καλέουσι,

Vagas profecto eas Dii beati vocant.

Conf. LAKEM. *Obſ. Philol. P. III. Obſ. IV. de Lingua Deorum, Homero celebrata.*

v. 62.

Ποτητὸς, ἡ, ὸν, volans. a ποτάω, volo. Eſt ergo idem quod πετεινός. & neutrum ſolet ſubſtantive poni. οὐδὲ ποτητὰ, neque volucres, auch nicht einmal Vögel.

Τῇ μέν τ' οὐδὲ ποτητὰ (*ſcil.* ζῶα) παρέρχεται, Ibi nec volucria (*animalia*) impune prætereunt, ſie kommen nicht davon.

Πέλεια, *Il.* E. 778.

v. 63.

Τρήρων, *ibid.*

v. 64.

Καὶ τῶν (*ſcil.* τινὰ) — ἀφαιρεῖται — πέτρη, er nimmt davon eine weg.

Λὶς πέτρη, *per Apocop.* pro λισσή. *v.* 79. eſt explicatio hujus vocabuli: Πέτρη γὰρ λίς ἐστι, περιξεστῇ ἐικυῖα, circum undique politæ arte & manu ſimilis. Vide ad *Od.* K. 4.

v. 65.

v. 65.

Ἄλλην ἐνίησι πατὴρ ἐναρίθμιον εἶναι, aliam columbam inter ſerit Jupiter, ut numerus plenus ſit; *vel* aliam mittit in numerum illum, ut ſit plenus, ſi aliqua ex columbis iis periit. ἐναρίθμιος ergo h. l. *proprie* ponitur. *Metaphorice* eſt *Il.* B. 202. οὔτε ποτὲ ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτε ἐνὶ βουλῇ, neque in pugna unquam ullius momenti es, neque in concilio, mitgezählet unter braven Leuthen.

v. 66.

Οὔπω τις νηῦς φύγεν, *pro* ἔφυγεν, nunquam ulla navis evaſit.

v. 67.

Ἀλλά θ' ὁμοῦ πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν κ. τ. λ. Sed permixtim & tabulas navium & corpora virorum &c. ὁμοῦ, *i. e.* ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.

Πίνακάς τε νεῶν, tabulas & aſſeres navium, σανίδας, ἀποκλάσματα καὶ ναυάγια. κρειῶν πίνακας, carnium lances, *Od.* A. 141. quæ antiquitus erant σκεύη ξύλινα ἐπὶ τραπέζης, etſi aurum & argentum ad lavandas manus aut ad bibendum adhiberent. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά, ſcribens vel inſculpens in tabula duplicanda multa letalia, *Il.* Z. 169.

v. 68.

Κύμαθ' (*pro* κύματα) ἁλὸς φορέουσι, Fluctus maris vehunt, *ſc.* corpora mortua virorum.

Πυρός τ' ὀλοοῖο θύελλαι, & ignis pernicioſi procellæ. Sermo eſt de petris natantibus, quæ aſſidue alliduntur ſibi invicem, & cum vehementia ignem hoc ex conflictu eliciunt; πυρός, τοῦ ἐκ τῶν πλαγκτῶν πετρῶν, αἳ, ἐν τῷ συναράττεσθαι πρὸς ἀλλήλας, πῦρ ἐκβάλλουσι, καθὰ καὶ τὰ πυρεῖα, ſicut ignivomi montes. Hinc poſtea Ulyſſes, etſi non ignem, fumum tamen videt, & audit δοῦπον τὸν ἐκ τῆς συῤῥήξεως καὶ παρατρίψεως τῶν πλαγκτῶν. Ergo θύελλαι πυρός h. l. *Metaphorice* ſunt ignes celeriter & vehementer emicantes & exſilientes, ſicut ex Vulcanis, aut ex ſilicibus attritis ad chalybem.

v. 69.

Παραπλώω, præternavigo. παρέπλω, *per Apoc.* pro παρέπλωσε.

Ποντοπό-

Ποντοπόρος, mare tranſiens. Epith. *navis magnæ & maritimæ.* Vide ad *Il.* Α. 439.

v. 70.

Ἀργὼ, όος, ἡ, nomen proprium navis Jaſonis. ab ἀργὸς, *i. e.* ταχύς. nam fuit prorſus ὠκύαλος.

Πασιμέλουσα, ης, ἡ, de qua omnes narrant, quam omnes curant. nam participium μέλων, ουσα, ον, in uſu eſt, maxime neutrum, τὸ μέλον, id quod ad curam noſtram pertinet, quod curæ eſt. Ἀργὼ πασιμέλουσα, διά τε τὸ, πολυΐστορητος εἶναι, καὶ διὰ τὸ, πᾶσι τοῖς ἐξ Ἑλλάδος διὰ μελήσεως τεθῆναι, ὅτι (utpote) τοὺς Ἀργοναύτας φέρουσα, τὸν τῶν Ἑλλήνων ἄωτον, quia florem Græciæ portabat.

Παρ' Αἰήταο (*pro* Αἰήτου) πλέουσα, ab Æeta navigans.

v. 71.

Τὴν ἔνθ' ὦκα βάλεν — ποτὶ (*pro* πρὸς) πέτρας, de nave pæne ad rupes alliſa; & ſubintelligitur nominativus κῦμα: illam ibi celeriter *fluctus* conjeciſſet — ad petras.

v. 72.

Παραπέμπω, prætermitto, ich laſſe vorbey gehen.

Ἀλλ' Ἥρη παρέπεμψεν, ſed Juno fecit auxilio ſuo, ut incolumis præteriret navis hos ſcopulos.

Ἰήσων, *pro* Ἰάσων, ονος, ὁ, Princeps Theſſalus decantatiſſimus. Ejus θεῖος (patruus) erat ὁ Πελίας.

Ἐπεὶ φίλος ἦεν Ἰήσων, qui ei carus erat Jaſon. (tuto præterire fecit navem.)

v. 55 — 72.

Planctas duos eſſe ſcopulos in Siculo mari ad omnimodam *Symplegadum* ſimilitudinem Homerus confingit, quæ Symplegades duæ ſive parvæ inſulæ, ſive ſcopuli ſunt maris Euxini apud os Boſpori Thracii, quibus etiam nomen eſt *Cyanea ſaxa*, appellatione a colore, ut opinor, ducta; κυάνεον ſiquidem *colorem cæruleum* vocant; qui fit ex ſplendido albo adjuncto, & nigredine offuſo. *Symplegades* vero dictæ ſunt a Græco verbo συμπλέκεσθαι, h. e. *connecti*, ſive *conjungi.* Nam, ut refert *Plinius*, (*Lib. IV. Cap. XIII.* & *Lib. VI. Cap. XII.*) tam modico ſunt inter ſe diſcretæ intervallo, ut ex adverſo quidem intuentibus geminæ cernantur, paulum vero deflexa acie coëuntium ſpeciem præbeant. Quamobrem eſſe *erraticas* fabulati

fabulati ſunt Poëtæ, quia modo copulatæ, modo ſejunctæ conſpiciuntur. Itaque periculorum Ulyſſeorum magnitudinem exaugere volens Vates Cyaneos ſcopulos in mare Siculum transfert, vocatque πλαγκτὰς, quod idem eſt, ac *errantes*. Bina ergo ſcopulorum pericula ait ad Ulyſſem Circe ſibi objectum iri in eo mari, per quod erat navigaturus, videlicet ex una parte πλαγκτὰς, ex altera Scyllam & Charybdin; monet autem, ut evitatis illis ad hos potius accedat. Si namque illos ſubeat, certiſſime periturum; quod omnino innabiles ſint, neque ulla navis illac evaſerit incolumis, præter illam unam, quæ Jaſonem ceteroſque Argonautas vehebat. Appellatur autem ab Homero ea navis πασιμέλουσα, perinde quaſi eorum ſalus cordi eſſet toti mundo, quod in ea ſelectiſſimus flos regiorum Heroum totius Græciæ concluderetur. Quapropter mirum non eſt, ſi Junonis numine defenſa, exitiales illos ſcopulos prætervehi potuerit illæſa: Junonis inquam, quæ regum ac principum habebatur vindex & patrona. Neque phyſico documento id, quod de Junonis tutela confingitur, vacat. Juno enim aër eſt, cujus favore, ſecundo ſcilicet vento, proſperam per illos ſcopulos potuerunt Argonautæ nanciſci navigationem.

Et hæc quidem perſpicua ſunt: valde autem obſcurum & implexum videtur eſſe, quod dicit *de volucribus ac columbis, Jovi ambroſiam ferentibus:* ait enim, ne eis quidem ſcopulos illos teterrimos parcere, ſed aliquam ſemper auferre, quam mox, ne deficiat numerus, pater Jupiter reſtituit Hujus loci interpretationem ex doctiſſima *Daceria* deſumam, nilque aliud de meo conferam, quam quod Gallicum textum Latino ſermone convertam. Hæc Homerica, *inquit*, columbarum fabula, quæ Jovi ambroſiam ferunt, & ſcopulos hoſce ſupervolitando tranſeunt eo damno, ut ex eis aliquam ſemper abripiant, valde ſingularis viſa eſt, arcanoque ſenſu abdita, quem plures conati ſunt aperire. Quæ omnium prima mentis acie fictionem hanc penetrarit, latentemque ſignificationem inſpexerit atque explicarit, femina e Byzantio fuit, cui nomen *Moero*. Docet autem, quemadmodum narrat *Athenæus*

Athenæus, (*Lib. XI. Cap.* 12.) vocabulum πέλειαι, quo utitur Homerus, vulgo acceptum pro *columbis*, ad ſignificandas Pleïades, Atlantis filias, ab eo fuiſſe uſurpatum. Hæc conſtellatio ortu ſuo & occaſu anni tempora ſignat, tempusque ſementis, meſſis, frugumque maturitatis. Qua de re dixit Homerus, *eas deferre Jovi ambroſiam*; nam vertentis anni tempora, & collectio ſegetum & frugum, libationum & ſacrificiorum, quæ Jovi offerantur, materiem ſuppeditant, inſtruuntque. Cum vero addit Poëta, ab his ſcopulis nonnullam ſemper adimi earum ſtellarum, poëtica hyperbole utitur, qua oſtendat, ipſarum numerum, quandocunque occidunt, ob id videri deminutum, quod celſiſſimo vertice, quo ſuper mare gemini illi ſcopuli aſſurgunt, modo unam, modo alteram intuentium oculis auferunt; quod vero iterum integro numero renaſcuntur, idcirco dicitur ea, quæ ademta fuerat, ab Jove ſuppleri. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 157. *ſqq.*

v. 73.

Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν, Duo vero ſcopuli, hic quidem —. *pro* τῶν δύο σκοπέλων, ὁ μὲν —. προβλῆτι σκοπέλῳ, ad promontorium, ad ſaxum in mare alte protenſum a littore, *Il.* B. 396.

Ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, hic quidem latum cœlum attingit.

v. 74.

Ὀξείῃ κορυφῇ, Acuto vertice: de petra.

Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε, *ſc.* τὸν σκόπελον, nubes autem ipſum circumdat, ſie umgibet, bedeket ihn. & ad νεφέλη ſequitur *v.* 75. τὸ, *ſc.* νέφος, pro ἡ δὲ νεφέλη. Vide ad *Od.* I. 198. Θ. 541.

v. 75.

Κυανέη νεφέλη, Atra nubes. κυάνεαι ὀφρύες, de Jove: atra ſupercilia, *Il.* A. 528.

Τὸ (νέφος) μὲν οὔποτ' ἐρωεῖ, quæ (nubes) nunquam refugit, οὐκ ἀποχωρεῖ ἐκεῖθεν: & nomen νέφος latet in νεφέλη, *v.* 74. ἐρωήσουσι (ἐκ vel ἀπὸ) χάρμης, refugient a pugna, retrocedent, *Il.* Ξ. 101. ſed *Il.* A. 303. αἶψά τοι αἷμα ἐρωήσει περὶ δουρὶ, ſtatim tibi fluet cum magno impetu ſanguis

ſanguis circa meam haſtam. ἠρώησαν ὀπίσσω ἵπποι, retro ceſſerunt equi, *Il.* Ψ. 433 μηδὲ ἐρώει, neque fluita animo, ne dubita: ne deſiſte, *Il.* Β. 179. μήπω τις ἐρωείτω πολέμοιο, ne quis ceſſet a pugnando & recedat, *Il.* Ρ. 422. ἐρωῆσαι πολέμοιο, inconſtans & fluxus eſſe in pugnando, ceſſaſſe a pugna, *Il.* Ν. 776. Τ. 170. Activa notio eſt *Il.* Ν. 57. ἐρωήσαιτε αὐτὸν ἀπὸ νηῶν, recedere feceritis eum a caſtris.

Οὐδέποτ' αἴθρη Κείνου ἔχει κορυφὴν, nunquam vertex illius ſcopuli habet ſerenitatem, ſed ſemper eſt nubibus obtectus. αἴθρη ἀνέφελος, *Od.* Ζ. 44 45.

v. 76.

Κείνου ἔχει κορυφὴν, Illius (petræ) obtinet ſummum verticem; ſerenitas, αἴθρη.

Οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ, neque in æſtate, neque in autumno. Vide ad *Od.* Λ. 191.

v. 77.

Οὐδέ κεν ἀμβαίη βροτὸς ἀνὴρ, οὐ καταβαίη, Neque aſcendere poſſet mortalis vir, neque deſcendere. ἀμβαίη, *pro* ἀναβαίη.

v. 79.

Πέτρη γὰρ λὶς ἐστι, Vid. ad *v.* 64.

Περίξεστος, ου, ὁ, ἡ, etiam fœmin. *Jonice*. περιξέστη. circum cædendo politus & arte factus. Quidam ſcribunt hoc nomen ὀξυτόνως, περιξεστός. πέτρη, περιξέστη ἐοικυῖα, petra, ſimilis ac ſi manu eſſet circumciſa & polita.

v. 80.

Σπέος ἠεροειδὲς, antrum tenebroſum, ſpelunca caliginoſa. ἠεροειδέα πόντον, ſolenne Epith. *maris.* nam ſemper habet nigricantis coloris aliquid; ſimul autem, quia navigantibus ſolus aër conſpicitur. Vid. ad *Od.* Β. 263.

v. 81.

Πρὸς ζόφον, εἰς Ἔρεβος τετραμμένον, *ſc.* σπέος, Ad occidentem verſus, *ſc.* ſpecus: ſpelunca, cujus introitus ſpectat ad occidentem. Utrumque nomen notat idem, verſus locum mortuorum; & notatur profunditas immenſa hujus ſpecus: ſimul tamen notatur μέρος δυσμικὸν mundi, ut ſenſus ſit, ſpecus ille profundus uſque ad Ἔρεβος, orcum, & qui eſt τόπος θανάτου καὶ ᾅδου, propter Scyllam

Scyllam rapacem, vertit os ſuum πρὸς ζόφον, ad occidentem.

Ζόφος. Vide ad *Od.* Λ. 57. & 154.

Ἔρεβος. *Od.* Λ. 37.

Τετραμμένον. Vide ad *Od.* Ε. 71.

v. 82.

Παριθύνω, præter dirigo, prætercurrere facio ὑμεῖς νῆα παρὰ γλαφυρὴν ἰθύνετε, *pro* παριθύνετε: ut hoc compoſitum *h. l.* idem notet, quod παρὲξ ἐλᾶν. præter dirigite. reſpectu habito ad ᾗπερ, juxta hanc & præter hanc dirigite navem.

Φαίδιμος, *Od.* Λ. 99.

v. 83.

Αἰζήϊος ἀνὴρ, *Il.* Ρ. 520.

v. 84.

Τόξῳ ὀϊστεύσας, Arcu ſagittans. Vid. ad *Od.* Θ. 216.

Οὐ σπέος εἰσαφίκοιτο, non uſque ad ſpecum pertingeret ſagitta, μὴ φθάσοι ἕως ἐκεῖ τῇ βολῇ. & εἰσαφικέσθαι *h. l.* idem eſt ac καθικέσθαι, *i. e.* ἅψασθαι, hinan kommen, hinan reichen. Vide ad *v.* 40.

v. 85.

Σκύλλα, ης, ἡ, portentum poëticum in freto Siculo. Habet ſex longa colla & capita, & duodecîm pedes inutiles: nam ipſa cohæret petræ, in cujus ſpecu habitat.

Ἐνὶ — ναίει, habitat. *pro* ἐνναίει, quod *pro* ναίει.

Δεινὸν λελακυῖα, horribiliter reſonans, utpote petra, ad quam fluctus alliduntur perpetuo. eſt partic. præt *Med.* λάκε δ' ὀστέα, crepuerunt oſſa, cum perfringerentur, *Il.* Ν. 616. ὀξὺ λεληκώς, *Il.* Χ. 141.

v. 86.

Σκύλαξ, *Od.* Ι. 289.

Νεογιλὸς, ἡ, ὸν, eſt ὁ νεωστὶ γινόμενος, recens natus. Deberet eſſe νεογινὸς, a quo *per Sync.* in uſu eſt νεογνὸς, ſed ν ſæpe mutatur in λ.

Τῆς (Σκύλλης) φωνὴ μὲν, ὅση σκύλακος νεογιλῆς, γίνεται, *h. l.* Etymologia *Scyllæ* eſt indicata: nam fictum eſt id monſtrum poëticum a ſono maris circa illum locum.

v. 87.

Ἀυτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακός, vides hic maſculinum Subſtantive poſitum; ipſa vero contra eſt ingens res mala, etſi vox ejus eſt inſtar catuli recens nati: quod convenit aliquando προσώπῳ λεπτοφάνῳ μὲν, κακέργῳ δέ. ſic ἁπαλαὶ μὲν λαλοῦντες, κακὰ δὲ ἐνεργοῦντες. Vid. ad *Od.* I. 428.

v. 88.

Οὐδ' εἰ Θεὸς ἀντιάσειεν, neque ſi Deus aliquis ad eam accederet.

v. 89.

Ἄωρος, ου, ὁ, ἡ, inutilis ad motum. nam eſt ab α priv. & ὄρω, *i. e.* κινέω, moveo, ruere facio.

Σκύλλης μὲν πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι, habet duodecim pedes, ſed omnes inutiles ad movendum: nam Scylla adhæret firma ſaxo ſuo, & ſolis collis ſuis ſex prælongis nocere aut impetum dare poteſt; ipſa pedibus ſuis nihil utitur ad progrediendum. ἄωροι ergo ſunt ἀκίνητοι, δυσόρμητοι, μὴ ὀρύειν δυνάμενοι: & ω penultimum eſt ob metrum. Hæc eſt ſimpliciſſima & contextui conſentanea explicatio; cujus quam plurimas alias reperies apud *Euſtathium*, ut ſentias, quam facile vox admodum liquida in ſenſus monſtroſos detorqueri poſſit ab ingeniis ad tenebras palpandas damnatis. Ipſius tamen *Euſtathii* doctiſſimi & cordatiſſimi hæc eſt, quam omnibus præferendam res ipſa docet.

v. 90.

Ἓξ δέ τε οἱ δειραὶ περιμήκεες, Sex autem ei colla valde longa. δειρή, *Od.* B. 153. περιμήκης, *Od.* K. 293.

v. 91.

Σμερδαλέη κεφαλὴ, Horribile caput in ſingulis collis: de Scylla, ſex colla habente. σμερδαλέος ἀορτὴρ, *Od.* Λ. 608.

Τρίστοιχος, ου, ὁ, ἡ, triplici ſerie ordinatus ex τρὶς, & στοῖχος, ου, ὁ, ordo, ſeries. τρίστοιχοι ὀδόντες, tribus ordinibus conſtantes dentes.

v. 92.

Πυκνοὶ καὶ θαμέες ὀδόντες, utrumque fere idem: Denſi & conferti dentes. θαμέσι σαμίνεσσι, *Od.* E. 252 λευκοὶ ὀδόντες ὑὸς θαμέες, albi dentes ſuis denſi, dichte neben einander, *Il.* K. 264. ubi galea deſcribitur dentibus apri oblita externe.

Πλεῖοι

Πλεῖοι μέλανος θανάτοιο, pleni atræ mortis. *πλεῖος*, *Od.* Δ. 319.

v. 93.

Μέσον μέν τε κατὰ σπείους κοίλοιο δέδυκεν, *pro* καταδέδυκεν, Uſque ad mediam ſui partem ſubiit ſpeluncam cavam: latet media.

v. 94.

Ἐξίσχω, extra habeo. ἔξω δ' ἐξίσχει κεφαλὰς, de Scylla. Legendum cum accuratioribus, ἔξω δ' ἐξ ἴσχει κεφαλας, profert ſex capita ex ſpecu, *coll.* 90. 91.

Δεινοῖο βερέθρου ἐξισχει κεφαλὰς, extra terribilem profunditatem ſpeluncæ ſuæ profert capita ſua. *βέρεθρον*, *Il.* Θ. 14.

v. 95.

Αὐτοῦ, Ibi.

Ἰχθυάα, pro ἰχθυάει, *contr.* ἰχθυᾷ, piſcatur, *ſc.* Scylla, ἁλιεύει, in ſenſu lato: nam non omnia ſunt piſces tantum, quæ venatur Scylla in mari. ἰχθυάασκον, piſcabantur: & quidem neceſſitate urgente; aliâs enim τὸ ἁλιεύειν in uſu non erat Heroibus, utpote qui ἐκρεοφάγουν. *Od.* Δ. 368.] *Capit*, *capere tentat*, quod *piſcari* dixit improprie; quia fit in aqua: ſic contra ἄγραν, *venationem* vocant capturam piſcium. ERN.

Περιμαιμάω, circum cupide quæro & moveo me. ex περὶ & μαιμάω, valde cupio. quod eſt a μαω, cum reduplicatione μαμάω, & jota euphonico interſerto, μαιμάω. Verbum μάειν notat & ζητεῖν, quærere, conſequi cupere. περιμαιμώωσα, pro περιμαιμάουσα, *contr.* περιμαιμῶσα.

v. 96.

Δελφῖνάς τε, κύνας τε, Delphine und Seehunde, Scylla dicitur circa ſcopulum ſuum in mari piſcari. δελφὶν, *vel* δελφὶς, delphinus, *bellua marina*, ein Meer-Schwein, *Il.* Φ. 22.

Καὶ εἴ ποθι μεῖζον ἕλῃσι (*pro* ἕλῃ) κῆτος, & ſicubi majorem capiat piſcando Cetum.

v. 97.

Ἃ (κήτεα) μυρία βόσκει — Ἀμφιτρίτη, qualia innumera alit mare.

Ἀγάστονος, ου, ὁ, ἡ, valde ſonans, πολύκλυστος. ab ἄγαν, & στένω, quod & notat ἠχέω, ſono. Eſt apud Poëtam Epith. *maris fluctuantis.* Alii ingenioſius quam verius volunt intelligi αἰτίαν στόνων πολλῶν καὶ βαρέων τοῖς ναυαγοῦσι, quia mare ſit cauſa gemituum gravium naufragis.

Ἀμφιτρίτη, ſupra *v.* 60.

v. 98.

Τῇ δ' οὔπω ποτὲ ναῦται ἀκήριοι εὐχετόωνται Παρφυγέειν σὺν νηΐ, Ea regione nunquam ulla ratione gloriantur nautæ ſe præternaviſſe cum nave ſine magno ſuo malo, ſine aliqua morte quorundam ex ſuis.

Ἀκήριος, ου, ὁ, ἡ, ſine morte & malo fato, μὴ ὑποκείμενος κηρὶ κακῇ. ἀθάνατος, ἄνοσος, ὑγιὴς, ἀβλαβής. ex α pr. & κὴρ, κηρὸς, ἡ, fatum. *in ſpecie*, fatum extremum, mors.

Εὐχετόωνται, *Od.* Α. 172.

v. 99.

Παραφεύγω, præterfugio. παρφυγέειν, prætercurriſſe.

Φέρει — κρατὶ ἑκάστῳ φῶτ', (*pro* φῶτα,) Scylla aufert — ſingulis capitibus ſuis Viros ſingulos.

v. 100.

Ἐξαρπάξασα νεὼς, eripiens e navi ſex viros Scylla. τὸν ἐξήρπαξε Ἀφροδίτη, hunc eripuit Venus, ex periculo & turba, *Il.* Γ. 380.

Κυανόπρωρος, *Od.* Ι. 482.

v. 101.

Σκόπελον χθαμαλώτερον, petram humiliorem: non ita excelſam. χθαμαλαὶ εὐναὶ, *Od.* Λ. 193.

Ὄψει, videbis.

v. 102.

Πλησίον ἀλλήλων, deeſt εἰσὶ, Sunt admodum prope inter ſe, unus & alter. Vel &, omiſſa præpoſitione, κατὰ τὸ πλησίον. nam intererat tantummodo anguſtus πορθμὸς inter hos ſcopulos. *coll.* 234. 235.

Διοϊστεύω, transmitto ſagittam, ich ſchieſſe durch oder hinüber mit dem Pfeile. ex διὰ & ὀϊστεύω, ſagittis ferio, ſagittas mitto, ich ſchieſſe Pfeile.

Καί κεν διοϊστεύσειας, *ſc.* a Scylla ad hanc, poſſes ſagittam transmittere, es iſt eines Bogenſchuſſes weit.

v. 103.

V. 103.

'Ερινεὸς, ȣ̃, ὁ, caprificus, wilder Feigenbaum. a τὸ ἔρνος, εος, germen, arbor novella terete trunco enaſcens, ramis & foliis juveniliter læta: nam hæc arbor inprimis læta eſt ramis. Scribitur alibi & ὁ ἐρινὸς, & fructus ejus τὸ ἐρινόν. In *Iliade* vero ἐρινεὸς eſt locus, περιέχων πολλὺς ἐρινεύς. Vid. ad *Il.* Z. 433. Fert hæc arbor bis per annum: & quia creſcit αὐτοφυῶς, hinc apte in *Odyſſea* hanc & non aliam arborem ad Charybdim memorat; ſimul &, quia valde magna, ramisque craſſa, ad ſuſtinendum Heroëm.

Τῷ δ' ἐν ἐρινεός ἐςι μέγας, φύλλοισι τεθηλώς, In hoc autem caprificus eſt ingens, foliis læte veſtita.

Φύλλοισι τεθηλώς, foliis læta. ἐλαπίνη τεθαλυίη, *Od.* Λ. 414.

V. 104

Τῷ δ' ὑπο δῖα Χάρυβδις] Quicquid *quavis* de cauſa *eximium* eſt, δῖον appellatur. Quod autem explicat *Scholiaſtes*, φοβερὰ, παρὰ τὸ δέος, plane ineptum. CLARK.

Χάρυβδις, ιος, ἡ. Μεσσήνη eſt urbs magna ad fretum Siculum. Prope eam eſt vortex, ein Waſſer-Wirbel, qui Charybdis a Poëta vocatur, voce ficta ex ſono aquæ.

'Αναῤῥοιβδέω, deglutio, καταπίνω. ex ἀνὰ, & ῥοιβδέω, ſorbeo, abſorbeo gutture, ich ſchlorfe, ſchlucke ein.

Μέλαν ὕδωρ, *Od.* Z. 91.

Χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ, (cui opponitur ἀνίησι, ſurſum emittit.) *coll.* v. 105. & hæc reciprocatio fiebat ter κατὰ νυχθήμερον.

V. 105.

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ, Ter etenim ſurſum mittit (Charybdis quovis νυχθημέρῳ, ἄνω ἵησι, *coll.* 237. ubi ἐξεμεῖν idem notat,) quotidie, ter vero deglutit. Habet aliquam reciprocationem *bis* quovis νυχθημέρῳ: ſed Homerus ſcripſit *ter*, τερατολογίας majoris cauſa, & *ter* hic eſt pro *ſæpe*. Quod deglutiat quædam, & mox eadem revomat, eſt figmentum poëticum] Τρὶς eſſe vitium ſcripturæ, quo inclinabat quodammodo etiam *Polybius* apud *Strabonem*, *Geograph Lib. I.* non ſit credibile, quia imitator hujus loci *Virgilius* quoque numerum ternarium conſtanter exprimit, ut & ceteri Poëtæ.

Eſt autem τρὶς, ut apud Latinos Poëtas *ter*, nihil aliud, quam *plus vice ſimplici*, ut *Horatius* loquitur. Si fingamus, *Homerum* ignoraſſe verum numerum æſtus marini: at *Virgilius* ignorare non potuit. ERN.

v. 106.

Δεινὸν, (*neutr. adverbialiter*,) Horribili modo. ita ſupra *v* 85. δεινὸν λελακυῖα.

Μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις, ne tu quidem eo deferaris; id precor tibi

Ὅτε ῥοιβδήσειεν, ἡ Χάρυβδις, quando ſorbeat in ſe aquam. & *Charybdis* hinc nomen habet, a ῥοιβδεῖν & χαίνειν, voragine ampla inſorbere. Vide ad *v.* 104.

v. 107.

Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακοῦ, Non enim ſane liberare te poſſit ex malo ὡς ῥύσαιτο περὶ χροῒ μήδεα φωτὸς, *Od.* Z. 129.

v. 108.

Μάλα Σκύλλης σκοπέλῳ πεπλημένος, valde prope ad Scyllæ ſcopulum admovens te & accedens. πεπλημένος eſt præt. part. Paſſ v πελάω, & πλάω, appropinquare facio, admoveo prope ἐξοπίσω πλῆτο χθονὶ, retro ad terram admotus eſt, lapſus eſt, er ſauf rückwärts zu Boden, *Il* Ξ. 438. αὐτοῦ στόμα τε ῥῖνές τε οὔδει πλῆντο, ejus os & nares ſolo admovebantur, *i. e.* ἐπέλασαν τῇ γῇ, *ibid.* 468 ἀσπίδες ἔπληντο ἀλλήλαις, ſcuta appropinquabant ſibi invicem, ἐπλησίασαν, coibant, *Il.* Δ. 449.

v. 109.

Νῆα παρὲξ ἐλάαν, Vide ad *v* 47. & 55.

Ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστιν, ſiquidem multo ſatius eſt, præſtat. ἐπειὴ πολὺ φέρτεροι εἰμὲν, *Od.* I. 276.

v. 110.

Ἓξ ἑτάρους ἐν νηὶ ποθήμεναι, (pro ποθεῖν, *Attice* ποθέμεναι, producto *Poëtice* medio ε in η,) ἢ ἅμα πάντας, Sex ſocios ex nave deſiderare & amittere, quam ſimul omnes, una cum nave.

v. 73 — 110.

Devitatis Sirenibus navigandum fuit Ulyſſi per ſaxa excelſa, & magnorum periculorum plena, inter quæ mare illud mirum in modum æſtuaret. Horum duo appellari πλαγκτὰς

πλαγκτὰς a Veteribus, *h. e.* a Diis dicit; quæ conſecutis temporibus Cyanea ſaxa dicta ſunt. *Tria* hic loca proponi ait *Euſtathius*, *Planctas*, *Scyllam*, & *Charybdim:* quod ita eſt intelligendum, ut ab una parte ſint *Planctæ*, ab altera ex adverſo duo illi ingentes ſcopuli inter ſe proximi a latere. Cum vero alterutrius partis ſubeundum eſſet Ulyſſi periculum, monet Circe, ut malit per *Scyllam & Charybdim* tranſire, quam per *Planctas*, quæ certum atque irreparabile tum ſibi tum ſociis omnibus inferrent exitium; rurſusque ut *Scyllæ* potius detrimenta ferat, quam *Charybdis.* Convenit enim Ulyſſi, ſapienti & cordato viro, ut, quoties duo ingruant mala, minus ſemper eligat.

Quod attinet ad duos illos ſcopulos, frequentibus naufragiis olim infames, afferam *Virgilii* verſiculos, qui in *III. Lib. Æneid.* utrumque ſaxum illud ex *Homero* deſcripſit. De *Scylla* inquit: (*v.* 421. *ſqq.*)

At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris,
Ora exſertantem, & naves in ſaxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulcro pectore virgo
Pube tenus: poſtrema immani corpore piſtrix,
Delphinum caudas utero commiſſa luporum.

Scyllam eſſe ajunt promontorium juxta Rhegium, Siculum in mare prominens, in quo ſunt ſaxa multa & ingentia, quæ loca interius habent cava, & ſpeluncas, in quibus habitant marina monſtra; ubi vero navigia illiſa fuerint & everſa, tunc homines ab illis monſtris devorari. Hinc fabula *Scyllam* effingens veluti rabioſam canem multa capita emittentem, quibus ad ſe propinquantes quoſcunque corripiat, devoretque.

Scopulus alter eſt Scyllæo vicinus, ſed illo minor, ut quem jaculo poſſit quiſquam aſſequi. In eo ficus eſt ſylveſtris, ſub qua habitat *Charybdis*, cujus hi ſunt effectus, ut undas abſorbeat & reſorbeat ter in die.

Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obſidet, atque imò barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus, rurſusque ſub auras
Erigit alternos, & ſidera verberat unda.

At *Strabo* ex *Polybio* docet, *Lib. I.* illud τρὶς pro δὶς errore vel ſcribæ vel hiſtorici poſitum, ut, quæ de *Charybdi* Poëta fingit, revera convenire poſſint cum iis, quæ in Siculo freto accidunt, quod bis quotidie fluctus mutat, ſicut Oceanus quavis die & nocte bis refluit. *Homeri* verſiculus, qui corruptus creditur, hic eſt:

Τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἤματι, τρὶς δ᾽ ἀναροιβδεῖ.

Quid facilius, quam τρὶς, i. e. *ter*, pro δὶς, i. e. *bis*, amanuenſium ſive imperitia, ſive oſcitantia irrepſiſſe? Hanc ergo *Charybdim* monet Circe declinandam, quia, ſi in eam ſe conjecerit, nulla ſibi ſit ſalutis ſpes animo concipienda; quod ut magis confirmet, addit, ne ipſi quidem Neptuno, maris Deo potentiſſimo, conceſſum eſſe, ut hoc eum periculo liberare poſſet. Itaque ſuadet, ut hac relicta ad *Scyllam* ſe conferat, in qua minus damni patietur, nimirum ſex ſociorum jacturam, quæ levior ſit, quam omnium interitus, quem illi *Charybdis* importaret.

Ceterum ſupervacaneum cenſeo, de *proverbio* hinc orto verba facere: *evitata Charybdi in Scyllam incidere.* Nonne enim tempus incaſſum terere videar, ſi rem lippis ac tonſoribus pene notam explicem, atque illuſtrem? Accedit, quod, cum *Eraſmus* hanc explanationem eruditiſſime occupaverit, jure optimo me actum agere incuſarer, ſi eadem, quæ ille, in medium afferrem. Hoc igitur prætermiſſo, perpendamus, quantos progreſſus Ars Nautica fecerit, quantumque navigandi cognitio ac peritia increbuerit, cum geminos ſcopulos illos nunc rideat, nulloque periculo tranſeat, qui tanto horrori atque exitio toti Antiquitati fuerunt. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. Diſſ. LVI. p.* 145. *ſqq.* Conf. etiam *incerti Scriptoris Græci Fab. aliquot Hom. Cap. VIII. de Scylla & Charybdi:* alioſque innumeros.

v. 112.

Νημερτὲς ἔνισπε, certum dic.

v. 113.

Εἴπως τὴν ὀλοὴν μὲν ὑπεκπροφύγοιμι Χάρυβδιν, ſi qua tandem ratione pernicioſam effugerem Charybdim. ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο, ut cetum effugiens evitaret,

taret, *Il.* Υ. 147.] Generoſitatem Ulyſſis ſui Poëta *h. l.* optime exprimit, ut qui virtute ſua omni generi periculorum, quantumvis illa graviſſima ſint, ſeſe opponere non reformidet. Petit ergo a Circe, annon hac accepta ſociorum jactura eam ulciſci poſſit adverſus Charybdim? Sed Circe reſpondet, hoc ſola patientia eſſe evincendum incommodum, quod a Diis infligatur, quibus refiſtere mortali non eſt datum. Ubi videtur dupliciter de Diis intelligere, videlicet de Jove ipſo, cujus voluntate hæc accidant: deinde etiam de Charybdi, vel Scylla, quas pro Deabus agnoſcit. Solum ergo illi præſidium in invocanda Cratæi Scyllæ matre relinquit, ne, ſi vires ſuas illi opponat, illa damnum ipſi ingeminet. SPOND.

V. 114.

Τὴν δέ κ' (εἴπως αὐτὴν, Σκύλλαν,) ἀμυναίμην, Illam autem (ſi quo pacto) arcere poſſim.

Ὅτε μοι σίνοιτο γ' ἑταίρους, ſi mihi abripere velit aliquos meorum: de Scylla rapaci. εἰ δέ κε σίνηαι, *Od.* Λ. 111.

V. 115.

Δῖα Θεάων, *Od.* Κ. 400.

V. 116.

Σχέτλιε, Ulyſſes ſic vocatur a Circe, quod velit etiam contra Immortales pugnare, nec in loco cedere malis. ſic *Od.* Λ. 473.

Καὶ δ' αὖ τοι πολεμήϊα ἔργα μέμηλε, & adhuc tibi res militares curæ ſunt.

Πολεμήϊα ἔργα, *Il.* Β. 338. Λ. 718.

Μέμηλε, *Od.* Ζ. 65.

V. 117.

Οὐδὲ Θεοῖσιν ὑπείξεαι ἀθανάτοισιν; neque Diis cedes immortalibus? εἰ δή σοι πᾶν ἔργον ὑπείξομαι, ſi tibi in omni re concedere vellem, *Il.* Α. 294. Vid. etiam ad *Il.* Δ. 62.

V. 118.

Ἀθάνατον κακὸν, immortale malum.

V. 119.

Μαχητὸς, ἡ, ὸν, contra quem pugnari poteſt, oppugnandus. κακὸν οὐ μαχητὸν, malum, quod pugnando non vincitur, *vel* quod pugna nemo poteſt adoriri, quod nemo poteſt expugnare.

V. 120.

Ὀυδέ τις ἔϛ' ἀλκὴ, Neque aliqua defenſio aut promtitudo reſiſtendi locum hic habet.

Φυγέειν κάρῑϛον (*ſc.* ἐϛὶ) ἀπ' ἀυτῆς, optimum, fortiſſimum eſt, fugere eam: per fugam ab ea ſolam, potes ſuperare eam: ſola fuga ibi eſt res fortis. κάρτιϛοι, *Il.* Α. 266.

V. 121.

Ἢν γὰρ δηθύνηϑα (*pro* δηθύνης) παρὰ πέτρῃ, Si enim moras nectere velis, *vel* moraberis apud petram: quod opponitur fugæ celerrimæ, *v.* 120. ἢ νῦν δηθύνοντα, aut nunc morantem diutius hic, *Il.* Α. 27.

Κορυσσόμενος, armans te.

V. 122.

Ἐξαῦτις, iterum.

Ἐφορμηθεῖσα, irruens, adortus. τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, *Od.* Λ. 205.

Δείδω, μή σ' — κίχησι, Vereor, ne te — deprehendat, ſie möchte dich ereilen.

V. 123.

Τόσυς δ' ἐκ Φῶτας ἕληται, & tot viros exſumat ex nave, quot ipſa habet capita, *ſc.* Scylla.

V. 124.

Ἀλλὰ μάλα σφοδρῶς ἐλάαν, Sed valde celeriter prænaviga. Vide ad *v.* 109.

Βωςρέω, eſt verbum Jonicum, notans ἐπιβοάω, ἐπικαλῦμαι, invoco, advoco in præſidium, ich ruffe an, ruffe herzu. Fit hoc verbum a βοάω, *fut.* ήσω. hinc fit βοητάω, *contr.* βοητῶ, & βωτῶ. ab hoc βωτῶ, interſerto σ & ρ, mutataque conjugatione, fit βωςρέω. βωςρεῖν δὲ Κράταιϊν, (infinit. pro imperat.) invoca autem Cratæin.

Κράταιϊς, *Od.* Λ. 596.

V. 125.

Ἥ μιν τίκε πῆμα βροτοῖσιν, quæ eam peperit in peſtem hominum.

V. 126.

Ἥ μιν ἔπειτ' ἀποπαύσει ἐς ὕςερον ὁρμηθῆναι, Quæ eam (Scyllam) deinde cohibebit, *vel* deſinere faciet, ne iterum irruat adverſus te.

Ἀποπαύω.

'Αποπαύω. ταύτης ἀπόπαυε ἀοιδῆς, deſine de hoc cantu, *Od.* Α. 340.

'Ορμάω. ὁρμηθεὶς Θεοῦ, *Od.* Θ. 499.

V. 127 —— „

Quid ſibi velit *boum* illorum *Soli facta dedicatio*, expediamus. *Serranus* quidem multus eſt in expiſcanda ſubtiliter cauſſa, cur armenta gregesque illi Phœbo eſſent attributi. Iis vero relictis, puto, oves bovesque a Trinacriæ populis Phœbo eſſe dedicatos, quod ſub paſtoris forma greges Admeti, Theſſaliæ regis, olim paverit. Portentis autem, quæ boum mactationem conſecuta eſſe perhibet Vates, ſimile aliud exemplum apud *Herodotum* videre licet *in fine Libri ultimi.* Nec mirum, eam opinionem apud ſuperſtitioſos populos invaluiſſe, parcendum nempe bobus ovibusque Phœbo nuncupatis. Nonne hac etiam ætate Neapoli ſecuri vagantur *ſues*, qui Divo *Antonio* ſacri exiſtimantur, quos lædere tantæ ſibi ducunt religioni Neapolitani, ut in præſentiſſima mala atque infortunia, ſi id fecerint, ſe putent incurſuros? RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 150. Vide etiam *incerti Scriptoris Græci Fab. aliquot Hom. &c. Cap. IX. De Bubus Solis.*

V. 127.

Θρινακία, *Od.* Λ. 106.

V. 128.

Βόσκονϊ' (*pro* Βόσκονται) 'Ηελίοιο βόες —, Paſcuntur (gehen auf der Weyde) Solis boves.

'Ίφια μῆλα, *Od.* Λ. 107.

V. 129.

'Οιῶν πῶεα καλὰ, Vid. ad *Od.* Λ. 401.

V. 130.

Πεντήκοντα δ' ἕκαστα, jede Herde von 50. Stücke.

Γόνος δ' οὐ γίνεται αὐτῶν, ſoboles autem ab iis non naſcitur, ſie pflanzen ſich nicht fort. γόνον 'Αλφειός, *Od.* Λ. 435.

V. 131.

'Ουδέ ποτε φθινύθουσι, Neque unquam moriuntur. οἵ μοι φθινύθουσι φίλον κῆρ, *Od.* Κ. 485.

'Επιποιμὴν, ένος, ὁ, idem quod ποιμήν. ſic & ἐπιβουκόλος, pro βουκόλος. proprie tamen deſignat præfectum paſtorum. Θεαὶ δ' ἐπιποιμένες εἰσὶν, de bubus & pecudibus Solis.

V. 132.

v. 132.

Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι, Poëta ſolet partem ornatus & formæ nominare, ut intelligatur tota formoſitas & elegantiæ amabilitas.

v. 133.

Ἠελίῳ Ὑπερίονι, Vide ad *Od.* Α. 8. & 24. *Il.* Θ. 480.

Νέαιρα, ας, ἡ, Nympha, ex qua Sol genuit duas filias.

v. 135.

Ἀποικίζω, in diverſam habitationem transfero, ich verſetze die Wohnung jemandes anders wohin. αὐτὰς μήτηρ Θρινακίην ἐς νῆσον ἀπῴκισε τηλόθι ναίειν, eas mater in Siciliam transpoſuit, ut procul a ſe habitarent. Sic & μετοικίζω, ſi quem ex ſuis ſedibus transfero ad alias, ut inter alios habitet. Ejusmodi μετοικεσίας vel μετοικήσεως exemplum eſt *Od.* Δ. 174 — 177.

v. 136.

Μῆλα φυλασσέμεναι καὶ βοῦς, pecora & armenta ad ſervandum: quod σεμνῶς poſitum pro ποιμαίνειν.

Μῆλα πατρώϊα, pecudes paternas.

Ἕλικας βοῦς, *Od.* Λ. 288.

v. 137 — 141.

Od. Λ. 109 — 113.

v. 143.

Ἀνὰ νῆσον ἀπέστιχε, per inſulam abibat a me. οἴκαδε ἀποστείχειν, *Od.* Λ. 131.

v. 145. 146.

Od. Λ. 636. 637.

v. 145 — 147.

Od. Ι. 562 — 564.

v. 148 — 152.

Od. Λ. 6 — 10.

v. 154.

Οὐ γὰρ χρὴ ἕνα ἴδμεναι, οὐδὲ δύ' οἴους, non enim convenit, unum aut duos ſolos ſcire ea.] Vide ad *Od.* Κ. 190. CLARK.

v. 155.

Θέσφατα, Vaticinia, Oracula. *Od.* Λ. 296.

v. 157.

v. 157.

Ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν, elapſi mortem & fatum effugiamus. Διὸς ἔχθος ἀλευάμενος, *Od* I. 277.

v. 158.

Σειρήνων — Φθόγγον ἀλεύασθαι, Sirenum — Cantum evitare.

Σειρήνων — θεσπεσιάων, Sirenum — divino modo canentium.

v. 159.

Λειμῶν' ἀνθεμόεντα, pratum lætis herbis obſitum. ſic *Il.* B. 467. λέβητα ἀνθεμόεντα, lebetem ſplendentem, *Il.* Ψ. 885. *Od.* Γ. 440.

v. 160.

Ἀλλά με δεσμῷ δήσατ' (*pro* δήσατε) ἐν ἀργαλέῳ, ſed me vinculo Ligate duro.

v. 161.

Ὄφρ' ἔμπεδον αὐτόθι μίμνω, ut in eodem loco firmiter maneam, nec me inde movere poſſim, daß ich auf der Stelle da verbleiben müſſe.

v. 162.

Supra *v.* 51.

v. 164.

Ὑμεῖς δὲ πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι πιέζειν, *ſc.* ἐμέ, Vos pluribus tunc vinculis conſtringite. infin. pro imperat. Vid. ad *Od.* Θ. 336.

v. 165.

Ἤτοι ἐγὼ τὰ ἕκαστα λέγων ἑτάροισι πίφαυσκον, Certe ego iſta ſingula enumerans & proponens, ſociis nota faciebam. Vid. ad *Od.* Λ. 441.

v. 166.

Ἐξίκετο νηῦς — Νῆσον, venit navis — Ad inſulam.

Νηῦς ἐυεργής, *Od.* Λ. 70.

v. 167.

Σειρήνοιϊν, ſupra *v.* 52.

Ἔπειγε γὰρ οὖρος, impellebat enim navim ventus ferens: & eſt quaſi de ἐμψύχῳ dictum de vento.

Οὖρος ἀπήμων, ventus ſecundus. οὐκ ἔνθεν ἀπήμονας ἦγον ἑταίρους, *Od.* K. 551.

v. 168.

v. 168.

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο, Statim deinde ventus deſtitit.

Ἠδὲ γαλήνη Ἔπλετο νηνεμίη, *Od.* Ε. 391. 392.

v. 169.

Κοίμησε δὲ κύματα Δαίμων, cubare autem & requieſcere fecit fluctus Deus. Vide PORSCHBERG. *Theocrit. Script. S. illuſtr. p.* 86. *ſq. in Matth. VIII.* 26. τότε ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ· καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

v. 170.

Ὁππότε κρίνοιμι λόχονδε Ἄνδρας ἀριστῆας, cum eligerem ad inſidias Viros fortiſſimos.

Λόχος, *Od.* Λ. 524.

v. 218.

Ἀριστεύς, *Od.* Λ. 226.

Κακὰ δυσμενέεσσι φυτεύων, mala inimicis moliens. Vide ad *v.* 110.

v 219.

Οὔποτέ μοι θάνατον προτιόσσετο θυμὸς ἀγήνωρ, de audaci milite : Nunquam mihi mortem præſagiebat animus maſculus; de morte nihil cogitabam. μηδέ τιν' ἀνθρώπων προτιόσσετο, *Od.* Η. 31.] Intelligam : *cogitabat*, *intuebatur mortem.* Non veniebat mihi in mentem de morte; non obverſabatur animo periculum mortis, unde timor naſci ſolet. *Liv. I.* 25. *nec his, nec illis periculum ſuum — obverſatur animo.* ERN.

v. 220.

Πολὺ πρώτιστος, omnium primus.

Ἐπάλμενος ἔγχει, irruens haſtâ.

Ἕλεσκον, capiebam hoſtiliter. interficiebam.

v. 221.

Ὅ, τέ μοι εἴξειε πόδεσσι, quicunque mihi cederet pedibus, *i. e.* qui me effugere vellet ὑποχωρήσας.] Vertunt: *Qui mihi cederet pedibus*, i. e. qui fugeret; nam aliter intelligi non poteſt; Quæ autem virtus, perſequi fugientem ?· Verterim: qui mihi confideret pedibus; qui fretus pedum robore & celeritate mecum concurreret. Sic infra *v.* 262. εἴξαντες ὕβρει, *propter inſolentiam.* ERN.

v. 222.

Τοῖος ἔ' (*pro* ἦα) ἐν πολέμῳ, Talis eram in pugna.

Ἔργον δέ μοι οὐ φίλον ἔσκεν, opus vero mihi haud gratum erat. *ſc.* agricultura, & ſtudium rei familiaris in agris, die Wirthſchaft.

v. 223.

Οἰκωφελίη, ας, ἡ, cura domum & rem familiarem augens, gute Wirthſchaft. ab οἶκον ὀφέλλειν. ἔργον (illud primarium, agricultura nimirum) δέ μοι οὐ φίλον ἔσκεν, οὐδ' οἰκωφελίη, ἥτε τρέφει ἀγλαὰ τέκνα. die Vermehrung des Hauſes und Vermögens, ἡ οἰκουρικὴ οἰκονομία, ἡ οἰκουρία

καὶ

καὶ ἐπιμέλεια τῦ οἴκυ, maxime διὰ γεωργίας: περιεμὸς βίυ εἰρηναίυ, ἤτοι τῦ κατ' εἰρηνην κυροτροφυ. quando quis in pace gignit liberos, eosque quærendo per operas ruſticas victu alit

Ἀγλαὰ τέκνα, *Od.* Λ. 248.

v. 224.

Ἀλλά μοι αἰεὶ νῆες ἐπήρετμοι φίλαι ἦσαν, Sed mihi ſemper naves remis inſtructæ gratæ erant. νῆες ἐπήρετμοι, *Od.* Ε. 141.

v. 225.

Ἄκοντες ἐΰξεστοι, tela bene polita. ἄκων, *Od.* Ν. 225. ἐΰξεστος, *ibid.* 10.

v. 226.

Λυγρὰ, Res miſeræ & triſtes: quales enumerantur *v.* 224. *ſq.*

Ῥιγηλὸς, & καταριγηλὸς, ἡ, ὀν, horrendus, horrore dignus. a ῥιγέω, rigeo, horreſco, obſtupeo.

Τά τ' ἄλλοισίν γε καταριγηλὰ πέλονται, quas res alii horrent. Φρικτά. & opponitur Φίλον.

v. 227.

Αὐτὰρ ἐμοὶ τὰ φίλ' ἔσκε, τά που Θεὸς ἐν φρεσὶ θῆκεν, At mihi ea grata erant, quæ Deus in animo poſuit.] *Duportus* omnino adeundus, qui multa in hanc rem congerit. *Gnomolog* BARNES *Je ne prenois plaiſir, & je ne m'occupois uniquement qu'aux choſes, pour leſquelles Dieu m'avoit donné de l'inclination,*] Il y a dans le Grec · *que Dieu m'avoit mis dans l'eſprit.* Homere reconnoit ici que le choix, que les hommes font de profeſſions qu'ils embraſſent, vient de Dieu, quand ils conſultent & qu'ils ſuivent le penchant naturel qui les y porte. Car on ne voit que trop ſouvent des hommes qui choiſiſſent des emplois & des profeſſions auxquelles la Providence ne les avoit pas deſtinez, & qu'ils n'embraſſent que par leur folie. DAC.

v. 228.

Ἐπιτέρπομαι, delecto me aliqua re.

Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Alius enim ad alia convertit ſe libenter opera.

Cap

Car les goûts des hommes ſont differents : celui-ci ſe plaît à une choſe, & celui-là à une autre. DAC.]
Ἐν τούτοις καὶ γνωμικὸν παροιμίας ἐκτίθεται τῆς λεγούσης, Ἄλλα παρ᾽ ἄλλοις καλά. *Euſtath.* Ἀλλ᾽ ἄλλος ἄλλῳ καρδίην ἰαίνεται. *Archilochus* apud *Clement. Alexandrin. Strom VI.* ubi & hic *Homeri* locus adducitur. Ἀλλ᾽ ἄλλοι ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις. *Euripides* apud *Eundem*, *ibid.* Καὶ γὰρ ἑτέροις ἑτέρων ἔρως Ἔκνιξε γε φρένας: *Pindar. Pythior. Ode X. v.* 93. Denique non omnes eadem mirantur amantque. *Horat. Epiſt. Lib. II. Ep.* 2. *v* 58. Caſtor gaudet equis; ovo prognatus eodem, Pugnis: quot capitum vivunt, totidem ſtudiorum Millia *Idem*, *Serm. Lib. II: I:* 26. Trahit ſua quemque voluptas. *Virgil. Eclog. II:* 65. Vide & ſupra ad *Od.* Θ. 167. CLARK.

V. 229.

Πρὶν μὲν γὰρ Τροίης ἐπιβήμεναι υἷας Ἀχαιῶν, Ante enim quam ad Trojam profecti ſunt Achivi.

V. 230.

Εἰνάκις, *adv.* Novies.

Εἰνάκις ἄνδρεσσιν ἦρξα, Novies dux *vel* imperator fui militum, & duxi eos contra hoſtes.

Ὠκυπόρος, *navis* Epith. *Od.* E. 176.

V. 231.

Ἄνδρας ἐς ἀλλοδαπούς, Viros adverſus alienos. κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες, *Od.* I. 255.

Καί μοι μάλα τύγχανε πάντα, & mihi valde proſpere cadebant omnia. *coll.* 334. poſitum ergo *h. l.* ἐπὶ τοῦ, κατὰ τύχην γίγνεσθαι: εὐτυχῶς ἀπέβαινέ μοι πάντα.

V. 232.

Τῶν ἐξαιρεύμην μενοεικέα, Ex his eligebam mihi quæ placebant, & pulcra videbantur animo meo. *Jon.* pro ἐξαιρούμην, vel potius ἐξῃρούμην: καὶ ἐξαίρετον ἐλάμβανον, eligebam mihi placita animo; & notat τὸ γέρας, honorarium, ὃ αὐτὸς πρότερον ἐξαιρεῖται ὁ στρατηγός. ἐξῄρητ᾽, *Od.* E. 39.

Μενοεικής, *Od.* N. 409.

Πολλὰ δ᾽ ὀπίσσω λάγχανον, multa autem deinde Accepi per ſortis diviſionem.

V. 233.

v. 233.

Λάγχανον, Sorte accipiebam, in communi illo δασμῷ per æquas partes: nam præcipuum illud, Duci dari ſolitum, dictum eſt *v.* 232.

Αἶψα δὲ οἶκος ὀφέλλετο. notat *h. l.* αὔξεσθαι χρήμασιν, augeri opibus & copiis, ἐξ ὧν δεινός τε αἰδοῖός τε γίνεταί τις παρὰ τοῖς εἰδόσι, venerabilior fit apud eos, qui id vident & ſciunt. Eſt imperf. Paſſ. *Jonice* ſine augmento: das Haus, *i. e.* das Vermögen, nahm bald zu; & celeriter opes meæ augebantur, & hinc oriebatur reverentia mei.

v. 234.

Δεινός τ' αἰδοῖός τε μετὰ Κρήτεσσι τελέθεσκον, Gravisque reverendusque inter Cretenſes fiebam. δεινός τ' αἰδοῖος τε, *Od.* Θ. 22.

v. 235.

Στυγερὴν ὁδὸν, iter mortiferum: ſicut ipſe Poëta explicat *v.* 236. ἣ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε.

v. 236.

Ἐφράσαθ' (*pro* Ἐφράσατο) στυγερὴν ὁδὸν Ζεὺς, Deſtinavit nobis conſilio ſuo odioſum & durum iter Jupiter. ita *Od.* Γ. 289.

Ἣ πολλῶν ἀνδρῶν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε, ſupra *v.* 69.

v. 237.

Ἤνωγον, jubebant, *ſc.* cives mei.

v. 238.

Νήεσσ' ἡγήσασθαι ἐς Ἴλιον, Navibus præeſſe, easque ducere ad Ilium.

Οὐδέ τι μῆχος Ἦεν ἀνήνασθαι, & nullo modo mihi facultas & ratio Relinquebatur negandi & renuendi, es ware keine Möglichkeit es abzuſagen. οὐδέ τι μῆχος Ἐυρέμεναι δυνάμεσθα, *Od.* M. 392.

v. 239.

Ἀνήνασθαι, ἐπειδὴ πάμπαν ἀναίνεαι, ſupra *v.* 149.

Χαλεπὴ δ' ἔχε δήμου φῆμις, malus enim cohibebat me a negando populi rumor & opinatio, mich hielt davon ab, wann ich bedachte, wie übel jedermann von mir ſprechen wurde. Vel &: nam malus rumor occupaſſet me, gravis rumor vulgi tenuiſſet me, mala fama populi corripuiſſet

puiſſet me. Sæpe enim indicativus græcus a Romanis per conjunctivum efferri debet: ponunt autem indicativum Græci, ſi eſt res certiſſima. τῶν ἀλεείνω φημὶ ἀδευκέα, *Od.* Z. 273.

v. 240.

Εἰνάετες, *Od.* E. 107.

v. 241.

Τῷ δεκάτῳ (ἐνιαυτῷ) δὲ πόλιν Πριάμου πέρσαντες κ. τ. λ. Poſtquam autem decimo (anno) urbem Priami expugnavimus & vaſtavimus, &c Vide *ibid.*

v. 242.

Θεὸς δ' ἐκέδασσεν Ἀχαιούς, *Od.* N. 317.

v. 243.

Ἐμοὶ δειλῷ κακὰ μήδετο — Ζεύς, inquit Ulyſſes: mihi miſero mala ſtruebat — Jupiter.

v. 244.

Τεταρπόμενος τεκέεσσι, oblectans me liberis meis. τεταρπόμενος φίλον κῆρ, oblectatus animo ſuo, *Od.* A. 310.

v. 245.

Κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ. γυναῖκας κουριδίας, *Od.* N. 44. 45.

v. 246.

Αἴγυπτόνδε με θυμὸς ἀνώγει ναυτίλλεσθαι, Ad Nilum volebam *vel* cupiebam navigare. ὡς ἂν ἐπισμυγερῶς ναυτίλλεται (*Jon.* pro ναυτίλληται) εἵνεκα πατρός, ut laborioſe naviget propter patrem, *Od.* Δ. 672.

v. 247.

Νῆας ἐϋ στείλαντα, Cum naves bene armavi, exornavi neceſſariis. Νέστορα, ὃς ἑτάρους στέλλοντα, der ſeine Leuthe in gute Ordnung ſtellete, und zugleich gute Lehren und Reglen ihnen vorſtellete, und ſie alſo gut beſtellete, ſuos ordinantem & præceptis inſtruentem, *Il* Δ. 294 ἄλλοι δὲ στέλλεσθε κατὰ στρατόν, vos alii vero parate vos & inſtruite per caſtra, machet euch fertig, *Il.* Ψ. 285 σοὶ νῆα στελέω, (*pro* στελῶ,) καὶ ἅμα ἕψομαι αὐτός, adornabo tibi navem, ſimulque ipſe comitabor te, *Od.* B. 287 ἱστία μὲν στείλαντο, contraxerunt, collegerunt vela, ſie zogen die Segel ein, und legten ſie zuſammen, *Il.* A. 433. ἱστία νηὸς στεῖλαν, *i. e.* συνέστειλαν, compreſſerunt, *Od.* Γ. 11.

Ἀντιθέοι

Ἀντίθεοι ἑταῖροι, ob fidem, & virtutem, & utilitatem: nam quorum vel ope vel amicitia fruimur, ſunt nobis quaſi Dii. ἀντίθεοι μνηστῆρες, ob nobilitatem & formam eximiam, & ob divitias, ſupra *v.* 18. nam Poëta eſt εὐλογητικός, nec novit ἔξω καιροῦ κακολογεῖν. ineptum igitur foret, loco illo τὸ ἀντίθεοι; contra omnem morem Poëtæ, explicare velle per ἀσεβεῖς, & Deo oppoſitos.

v. 248.

Ἐννέα νῆας στεῖλα; ich rüſte neun Schiffe aus.

Θοῶς δ' ἐσαγείρετο λαός, celeriter autem congregabantur copiæ. *h. l.* Paſſive poſitum Medium. ἐς δ' ἐρέτας ἀγείρομεν, remiges congregemus in navem, *Il.* A. 142. ubi eſt ex dialecto Jonica præſens indicativi pro conjunctivi; *vel* & pro futuro indicativi: nam utrumque Jones ſolent. νέον δ' ἐσαγείρετο θυμόν, nam modo recollegerat animum; *Il.* O. 240. qui paullo ante fuerat ὀλιγοθυμήσας. is dicitur ἐσαγείρειν θυμόν, ſi ſe recipit ex anxietate.

v. 249.

Od. M. 397.

v. 250.

Αὐτὰρ ἐγὼν ἱερῆϊα πολλὰ παρεῖχον, at ego victimas multas, & ad mactandum pecudes præbebam. ἱερήϊον, *h. l.* in ſenſu generali. Vide ſupra ad *v.* 94.

v. 251.

Θεοῖσίν τε ῥέζειν, Et ad Diis ſacrificandum.

Αὐτοῖσί (*ſc.* ἀνθρώποις) τε δαῖτα πένεσθαι, & ad ipſis epulas parandas.

v. 252.

Ἀναβάντες ἀπὸ Κρήτης, provecti in altum a Cretæ littoribus.

v. 253.

Ἐπλέομεν Βορέῃ (*ſc.* σὺν) ἀνέμῳ, Navigabamus Borea vento.

Βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ, καλῷ, Borea vento puro & ſereno. ἀκραῆ Ζέφυρον, Zephyrum pure & acriter tamen flantem, *Od.* B. 421.

Ἀκραής, έος, ὁ, ἡ, pure ſpirans, ſine admixtis nubibus aut pluviis. nam eſt compoſitum ex α priv. ex κεράω,

 miſceo,

miſceo, & ἄημι, flo. ὁ μὴ κεκερασμένος ἑτέροις ἄνεμος. ſimul tamen & τὸ ἄκρον reſpicitur, gradus ille ſuperior, qui requiritur ad præſentem venti ulum, ὁ ἄκρως ἀείς.

v. 254.

Ῥηϊδίως, ὡσεί τε κατὰ ῥόον, *Auſſi doucement que ſi dans une riviere nous n'avions fait que ſuivre le courant de l'eau,*] Homere dit cela en trois mots, ὡσεί τε κατὰ ῥόον, *comme dans le courant*, & c'étoit une eſpece de proverbe, pour dire *heureuſement*, *facilement*, *à ſoubait.* DAC.

Οὐδέ τις οὖν μοι Νηῶν πημάνθη, nec ulla adeo mihi Navium læſa eſt.

v. 255.

Πημάνθη. Vid. ad *Od.* Θ. 562. 563.

Ἀλλ' ἀσκηθέες καὶ ἄνουσοι Ἥμεθα, ſed integri & recte valentes, *vel* illæſi & nulla re laborantes, in navibus noſtris, quæ ferebantur vento ſecundiſſimo, Sedebamus. ἀσκηθὴς, *Od.* Λ. 534.

Ἄνουσος, ου, ὁ, ἡ, ſine morbo, ſine vitio, ſine defectu aliquo, dem nichts fehlet.

v. 256.

Od. I. 78.

v. 257.

Πεμπταῖος, α, ον, quintanus.

Πεμπταῖοι δ' Αἴγυπτον — ἱκόμεσθα, Quintani, *i. e.* Quinto die autem ad Nilum — venimus. Vid PALAIR. *Obſerv. ad Joh. XI:* 39. Τεταρταῖος γάρ ἐστι. KOECHERI *Analecta Philol. & Exeget. ad eundem locum*

Αἴγυπτον ἐϋρρείτην, Nilum bene & utiliter fluentem. Vid. ad *Il.* Ζ. 34.

v. 258.

Νέας ἀμφιελίσσας. Vid. ad *Od.* M. 368.

v. 259.

Κελόμην — ἑταίρους Αὐτοῦ πὰρ νήεσσι μένειν, jubebam, ut ſocii ibi apud naves exſpectarent.

v. 260.

Καὶ νῆας ἔρυσθαι, & ut naves cuſtodirent. *Od.* I. 194. K. 443.

v. 261.

Ὀπτὴρ, ῆρος, ὁ, viſor, ſpeculator. ab ὄπτομαι, video, ſpecto.

Ὀπτῆ-

Ὀπ7ῆρας δὲ κατὰ σκοπιὰς ὤτρυνα νέεσθαι, Speculatores autem in ſpeluncas juſſi abire: ut obſervarent, quid ageretur in agris. σκοπιὰ, Od. Κ. 148.

v. 262.

Ὕβρει εἴξαντες, injuriæ ſuæ locum dantes, & obſequentes libidini ſuæ, die ihrem Trieb zur Ungerechtigkeit Platz gaben, und ihrem Muthwillen folgeten. Vide ſupra ad v. 221.] Νικηθέντες ὑπὸ τῆς ὕβρεως. Schol.

Ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ, ſectantes impetum ſuum cæcum. θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, Od. Ε. 308 Μ. 342. ἐπισπόμενοι Θεοῦ ὀμφῇ, obedientes voci divinæ, Od. Γ. 215.

v. 263.

Περικαλλέας ἀγρούς, perpulchros agros.

v. 264.

Πόρθεον, pro ἐπόρθουν, Deprædabantur. πόλιας καὶ τείχεα ἐπόρθουν, urbes & muros expugnabant, Il. Δ. 308.

Ἐκ δὲ γυναῖκας ἄγον, καὶ νήπια τέκνα, pro ἐξῆγον, & mulieres abduxerunt inde, & quidem hoſtili modo captivas, & liberos,] Ἀγόν, ἀντὶ τοῦ, εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπέφερον. Schol. Sic Il. Ι. 589. 590. Ἄνδρας μὲν κτείνουσι — Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας. CLARK.

v. 265.

Αὐτούς τ'] Viros, maritos & patres. Vid. ad Il. Α. 4. ERN.

Τάχα δ' ἐς πόλιν ἵκετ' ἀϋτή, cito autem ad urbem pervenit clamor & nuntii. coll. 266. βοῆς ἀΐοντες.

Ἀϋτή, Od. Λ. 382.

v. 266.

Βοῆς ἀΐοντες, Od. Ι. 401.

Ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφιν, Od. Μ. 24. Η. 222.

v. 267.

Πλῆτο δὲ πᾶν πεδίον πεζῶν τε καὶ ἵππων, impletus autem eſt totus campus peditibusque & equitibus. πλῆτο, Il. Ρ. 499. Σ. 50.

v. 268.

Χαλκοῦ τε στεροπῆς, Æriſque fulgore: de exercitu χαλκοῦ τε στεροπὴν, χρυσοῦ τε, de domo magnifice exornata intus, Od. Δ. 72. 73.

v. 269.

Ἐν δὲ Ζεὺς — Φύζαν ἐμοῖς ἑτάροισι κακὴν βάλεν, *pro* ἐνέβαλεν, Jupiter autem — Fugam meis ſociis malam indidit. Ἀχαιοὺς θεσπεσίη ἔχε φύζα, φόβου κρυόεντος ἑταίρη, Achæos habebat ingens trepidatio & terror, fugæ gelidæ ſocia, *Il.* I. 2.

v. 270.

Μεῖναι ἐναντίβιον, Stare contra. *coll.* 269 in opp. ad fugam. ἐναντίβιον, *Il.* ε. 168.

Περὶ γὰρ κακὰ πάντοθεν ἔστη, *pro* περιέστη. *i. e.* περιεστάθη, κύκλῳ ἔστη, τὰ κακά, mala enim undique circumſtabant.] Sic *Il.* Π. 111. Παντη δὲ κακον κακῷ εστηρικτο. CLARK·

v. 272.

Τοὺς δ' ἄγαγον (*pro* ἤγαγον) ζωοὺς, Alios autem captivos abduxerunt vivos.

Σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκῃ, qui iis coacti opus facerent: ut operæ ipſis eſſent coactione, ihnen aus Zwang zu dienen; nam ad id abducebantur captivi.

v. 273.

Ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα Ποίησ', *pro* ἐνεποίησε, menti hoc conſilium & cogitatum indidit, er gab mir den Rath ein.

v. 274

Ὡς ὄφελον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν, ita *Od.* E. 308. Vid. etiam ſupra ad *v.* 68.

v. 275.

Ἔτι γάρ νύ με πῆμ' ὑπέδεκτο, jam enim me malum ingens excepit, adhuc me aliud malum excipiebat.

v. 276.

Ἀπὸ κρατὸς κυνέην εὔτυκτον ἔθηκα, de capite galeam probe factam & aptam poſui: inquit Ulyſſes, cum ſe dederet Ægyptio regi, victus prælio. κλῆρος ἐν κυνέῃ, *Od.* K. 206.

Κυνέην εὔτυκτον, *Il.* Γ. 336. εὔτυκτον κλισίην, ſellam bene factam, *Od.* Δ. 123.

v. 277.

Δόρυ δ' ἔκβαλον ἔκτοσε χειρός, haſtamque projeci ex manu: in ſignum pacis & deditionis. ἔκτοσε, *adv.* extra.

v. 278.

Βασιλῆος ἐναντίον ἤλυθον ἵππων, ad regis adibam currum.

v. 279.

v. 279.

Κύσσα γοῦναθ' ἑλὼν, regis in equo ſedentis, ut me conſervaret rogans: tangens genua manibus, oſculatus ſum ea. Vid. ad *Il.* Ω. 478. item FEITH. *L. III. C. XIV.* §. *VII.*

Ὁ δ' ἐρύσατο, & ille tutatus eſt me, er ſchützete mich.

v. 280.

Ἐς δίφρον δέ μ' ἔσας, Cum currui me impoſuiſſet.

v. 281.

Ἦ μέν μοι μάλα πολλοὶ ἐπήϊσσον μελίῃσιν, Profecto in me valde multi irruebant cum firmis haſtis, ſie giengen mir mit Spieſſen zu Leibe. Κίρκῃ ἐπαΐξαι, *Od.* Κ. 295. & 322. Κίρκῃ ἐπηΐξα.

Μελίαι, *Il.* Β. 543.

v. 282.

Δὴ γὰρ κεχολώατο λίην, *Jon.* pro ἐκεχόλωντο, ſane enim ad iram concitati erant valde.

v. 283.

Ἀλλ' ἀπὸ κεῖνος ἔρυκε, *pro* ἀπέρυκε, quod *pro* ἀπήρυκε, Sed ille prohibebat eos, ne interficerent me. ὁ μὲν γὰρ πάτος ἀνθρώπων ἀπερύκει, *Od.* Ι. 119

Διὸς δ' ὠπίζετο μῆνιν Ξεινίου, Jovis enim reverebatur iram Hoſpitalis. ἀλλὰ σὸν αἰεὶ θυμὸν ὀπίζομαι ἠδ' ἀλεείνω, *Od.* Ν. 148.

v. 284.

— ὅς τε μάλιστα νεμεσσᾶται κακὰ ἔργα,

— *qui maxime indigne fert mala opera.*

v. 285.

Ἔνθα μὲν ἑπτάετες μένον αὐτόθι, ita *Od.* Η. 259.] C'eſt ainſi qu'il déguiſe ſon ſejour dans l'isle de Calypſo DAC.

Πολλὰ δ' ἄγειρα (*pro* ἤγειρα) χρήματ' ἀν' Αἰγυπτίους ἄνδρας, multas autem collegi mihi Opes ab Ægyptiis.

v. 287.

Od. Η. 261.

v. 288.

Δὴ τότε Φοῖνιξ ἦλθεν ἀνήρ, κ. τ. λ. Hic male de Phœnicibus dicit Ulyſſes: attemperat enim mendacia ſua occaſionibus: hic ſciebat, Eumæum infenſum eſſe Phœnicibus, utpote ſubreptum olim & venditum ab illis.

Laudat eos *Od.* Ν. 272. *ſqq* id ſpectans, ſi illi φιλοκερδέες mihi dormienti nihil ſubtraxerunt, quanto minus vos.

Απατήλια εἰδώς, der ſich auf Betrug verſtuhnde. ἀπατήλια βάζει, ſupra *v.* 157.

v. 289.

Τρωκτης, ου, ὁ. vorator. *item* qui quærit, quod comedat, der ſeiner Nahrung nachgehet. & quia tales faciles ſunt ad fucum faciendum, hinc notat hoc nomen etiam fraudulentum, qui alios quaſi comedendos ſibi proponit, απατεων, πανεκλεγιστης: ὁ ἐκ παντὸς θέλων τρώγειν καὶ κερδαίνειν. Videtur eſſe *h l.* nomen proprium: ſi tamen eſt appellativum, notat fraudulentum negotiatorem & mercatorem.

Ος δὴ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισιν ἐώργει, qui jam multa mala hominibus faciebat. κεῖνος δ' οὔποτε πάμπαν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἐώργει, nunquam omnino improbum quid adverſus quemquam faciebat, *Od.* Δ 693.

v. 290.

Ος μ' ἄγε, (*pro* ἦγε,) παρπεπιθών, ἧσι φρεσὶν, Qui me duxit, poſtquam mihi id verbis perſuaſit, ſuo conſilio clandeſtino. nam notio *decipiendi* non ineſt huic verbo, niſi per accidens. σπουδῇ παρπεπιθόντες, ἑταίρῳ χωόμενον κῆρ, multo ſtudio adhibito perſuadentes ei, irato ob ſodalem ſuum, *Il.* Ψ. 37. *coll.* 40. εἰ κείνω γ' ἐπέεσσι παρπεπιθοῦσα, ſi forte illos ambos, perſuadens id illis, reducere poſſim ad concordiam, *Il.* Ξ. 208.

v. 291.

Φοινίκη, eſt terra Phœnicum.

v. 292.

Ενθα παρ' αὐτῷ μεῖνα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν,] Il place chez ce fripon le ſejour qu'il fit chez Circé, où il nous a dit qu'il fut un an. DAC.

Τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν, *Od.* Κ. 467.

v. 293. 294.

Od. Λ. 293. 294.

v. 295.

Μ' ἐπὶ νηὸς ἐέσσατο, *pro* ἐφέσσατο, impoſuit me navi. aut cum augmento ordinario ἐφείσατο, pro quo *h. l.* eſt duplex ε.

Πορτο-

Πορθοπόρος, *Od.* N. 95.

v. 296.

Ψεύδεα βουλεύσας, Fraudem meditans, ut me blande caperet, er hatte Falſchheiten im Sinn.

Ἵνα οἱ σὺν φόρτον ἄγοιμι, *pro* ἵνα αὐτῷ συνάγοιμι φόρτον, ut juvarem eum in colligendis mercibus & oneranda nave, *vel* ut onera comportarem ei, daß ich ihm helfen ſollte, die Ladung aufs Schiff bringen. Φόρτου τε μνήμων, *Od.* Θ. 163.

v. 297.

Κεῖθι δέ μ' ὡς περάσησι, *pro* περάσῃ, Ibi autem me ut venderet.

Καὶ ἄσπετον ὦνον ἕλοιτο, & valde magnum pretium pro me caperet, *i. e.* ut me care & magno pretio venderet. nam ὦνος eſt der Vortheil, den ich von einem Handel habe, commodum, quod negotiatores capiunt pro merce, vel dant alteri. υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκε, filius Jaſonis pretium dedit pro hoc captivo, eumque ſic emit ſibi, *Il.* Φ. 41

Ἄσπετον ὦνον, valde magnum ex re vendita lucrum. ζωὴ ἄσπετος, ſupra *v.* 96.

v. 298.

Τῷ ἑπόμην ἐπὶ νηὸς, Hunc ſectabar & comitabar in navi.

Ὀϊόμενός περ, etſi ſentiens, ob ich es gleich merkte, und es mir anete, was er mit mir vorhabe. κεῖνον ὀϊομένη τὸν κάμμορον, *Od.* Β. 351.

Ἀνάγκῃ, neceſſitate coactus.

v. 299.

Ἡ δ' (ναῦς) ἔθεεν (σὺν) Βορέῃ, lief mit einem Nordwind.

Βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ, καλῷ, *v.* 253.

v. 300.

Μέσσον ὑπὲρ Κρήτης, deeſt διὰ, vel κατὰ. Per medium mare ſupra Cretam.

Ζεὺς δέ σφιν μήδετ' ὄλεθρον, Jupiter autem eis decernebat exitium, conſulebat contra eos perniciem.

v. 303. 304.

Od. M. 405. 406.

v. 305 — 309.

ibid. 415 — 419.

v. 311.

Ἱςὸν ἀμαιμάκετον, Malum ingentem, einen ſehr hohen Maſtbaum. Χίμαιραν ἀμαιμακέτην, *i. e.* τὴν περιμήκετον, *Il.* Z. 179. & ſermo eſt de portento illo, de Chimæra, ſub quo hiſtoria latet nobis jam ignota.

Ἀμαιμάκετος, ϐ, ο, ἡ, valde longus & ingens, ὁ πάνυ μέγας, ἄγαν μακρός. nam a τὸ μᾶκος eſt μακετὸς, ἡ, ὸν, longus: & repetita ſyllaba μα cum interſerto jota, μαιμάκετος, cum α intenſivo.

Κυανοπρώρος, *Od.* M. 100.

v. 312.

Ὅπως ἔτι πῆμα φύγοιμι, ut adhuc malum effugerem.

v. 313.

Περιπλέκω, circumplico.

Τῷ ῥα περιπλεχθεὶς, Hunc malum nauticum ego amplexus, da ich mich feſte an dem anhielte.

Φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισιν, *Od.* M. 425.

v. 314.

Ἐννῆμαρ φερόμην, *ibid.* 447.

Δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ] Voilà comme il déguiſe ſon arrivée à l'Isle de Scherie chez Alcinoüs. Il met ici à la place la terre des Thesprotiens, qui habitoient la côte de l'Epire, vis-à-vis de l'Isle des Pheaciens, de *Corfou.* Et il mêle ici l'hiſtoire de ſon arrivée dans cette Isle de Corfou, en changeant les noms. Il met un Prince nommé Phidon, au lieu du Roi Alcinoüs, & au lieu de Nauſicaa fille d'Alcinoüs, il met un jeune Prince fils de Phidon. DAC.

v. 315.

Θεσπρωτία, ας, ἡ, regio & urbs in extrema Theſſalia: incolæ οἱ Θεσπρωτοί.

Γαίῃ — πέλασσεν μέγα κῦμα κυλίνδον, (neutraliter,) Terræ — appropinquare me fecit magnus fluctus provolvens ſe.

v. 316.

Ἐκομίσσατο, excepit benigne.

v. 317.

Ἀπριάτην, non quaſi emtum, *i. e* non ut emeret me pro iſta cura, nicht etwa, mich um dieſelbige Pflege mir

mir abzukauffen. πατρὶ ἀποδῦναι κούρην ἀπριάτην, patri reddere puellam, ſic ut redimere eam non debeat, *Il.* A. 99.

v. 318.

Ἄιθρος, ου, ὁ, frigus ſub puro aëre, autumni tempore. Ἄιθρῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον ἦγεν ἐς οἶκον, Frigore autumnali ſub dio & laſſitudine confectum ducebat in domum.

Ἄιθρῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον, frigore & labore ſubactum. δεδμημένον ὕπνῳ, *Od* N. 119.

v. 319.

Χειρὸς ἀναστήσας, Cum me, jacentem in littore, manu erexiſſet, ut ſecum irem in hoſpitium.] Verbum ἀναστήσας eſt recipientis ſupplicem, eoque hic reſpici puto. ERN.

v. 320.

Od. K. 542.

v. 321.

Ἔνθ' Ὀδυσῆος ἐγὼ πυθόμην Ibi de Ulyſſe ego audivi, da hörete ich und bekam Nachricht von dem Ulyſſes.

v. 322.

Ξεινίσαι, ἠδὲ φιλῆσαι, ἰόντ' ἐς πατρίδα γαῖαν, Se hoſpitio excepiſſe, & amice tractaſſe, eum proficiſcentem in patriam.

v. 323.

Κτήματ' —, ὅσα ξυναγείρατ' Ὀδυσσεύς, opes —, quas collegerat Ulyſſes, oberrando per terras.

v. 324.

Πολύκμητόν τε σίδηρον, *Il.* Z. 48. πολυκμήτου θαλάμοιο, circa quem in ædificando laboratum eſt cum defatigatione, *Od.* Δ. 718.

v. 325.

Καί νύ κεν ἐς δεκάτην γενεὴν ἕτερόν γ' ἔτι βόσκοι, Etiam in decimam generationem alium paſcat, er kan noch einen ernehren, der erſt nach zehen Generationen kommt. κτήματα τόσα, ἃ καὶ —, opes, quæ & in decimam generationem alium non tam illuſtrem alere poſſent. ergo de *homine* quoque ponitur verbum βόσκω.

v. 326.

Κειμήλιον, *Od.* κ. 40.

v. 327.

Δωδώνη, ης, ἡ, urbs Θεσπρωτικὴ πόλις, deinde vero ὑπὸ Μολοττοῖς ἐγένετο. Ibi ἱερὸν, καὶ τὸ ἐκ δρυὸς μαντεῖον, τοῦ Δωδωναίου Διός: quod quercetum (cave enim putes, unicam fuiſſe quercum, ſed intellige ſingularem δρῦς collective poſitum, de luco quercubus ſacris pleno) *Sophocles* vocat δρῦν πολύγλωσσον ἢ πολυφωνον. Nomen loci eſt a fluvio ibi, ὁ Δωδών: & is fortaſſe ab Heroina priſca, τῇ Δωδώνῃ, appellationem traxit. Priſci Pelaſgi, qui ibi habitarant, illud ἱερὸν, ſacrarium, ſacrum nemus, inſtituerunt. Notum eſt & χαλκεῖον Δωδωναῖον, æs Dodonæum, quod ἐπὶ τῶν πολυλόγων in proverbium abiit: pendebant enim in eo ſacro luco tot λέβητες ænei, & tam prope inter ſe, ut moti vento qualicunque ſemper ſonarent. Habet epitheton δυσχείμερος, *Il.* β. 750. Sacer locus deſcribitur *Il* π. 233 *ſqq.* Conf. ANT. VAN DALE *de Oraculis Ethnic. Diſſert.* (Amſt. 1683.) *p.* 275. *ſqq.* LAKEM. *Antiq. Græc. P. III. Cap. V.* BANIERS Götterlehre, *Tom. I. p.* 681. *ſqq.* alioſque innumeros.

v. 328.

Ὄφρα θεοῖο Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ, ut Dei Ex querceto Jovis conſilium audiret.

Δρυὸς ὑψικόμοιο, *Od.* μ. 357.

v. 329.

Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον, Vid. ad *Od.* ν. 322.

v. 330.

Ἀμφαδὸν, *Od.* λ. 119.

Κρυφηδὸν, *adv.* clam, diſſimulanter. a κρύφη, & κρύφα, *idem.* vides hic duo oppoſita.

v. 331.

Ὤμοσε δὲ πρὸς ἐμ' αὐτὸν, Adjuravit autem id mihi, er ſchwur es mir zu.

Ἀποσπένδων ἐνὶ οἴκῳ, libans in domo. πολλὰ δ' Ἀθήνῃ εὔχετο ἀποσπένδων, *Od.* γ. 394. *coll.* 395. ergo & fidei faciendæ cauſa, & in jure jurando, libabant.

v. 332.

Νῆα καθελκυσθαι, Navem eſſe deductam. Vid. ad *Od.* θ. 151.

Καὶ

Καὶ ἐπιβῆναι ἔμμεν' ἑταίρους, & paratos eſſe ſocios navales. Vid. *ibid.*

v. 333.

Πέμψουσι, devehent.

v. 334.

'Αλλ' ἐμὲ πρὶν ἀπέπεμψε, Sed me prius dimiſit, er hat mich eher abgefertiget.

Τύχησε γὰρ ἐρχομένη νηῦς —, contigit enim caſu bono iens navis —, invenit enim euntem navem —.

v. 335.

Δουλίχιον, ου, τὸ, una ex inſulis Echinadibus, valde fertilis & dives, & in regno Ulyſſis nobiliſſima. Sitæ autem ſunt αἱ Ἐχινάδες νῆσοι e regione oſtii Acheloi amnis. Habet hæc inſula nomen a Dolichio, filio Triptolemi.

Πολύπυρος, *Il.* Λ. 755. ubi multum tritici, & *in genere* frumenti, provenit, εὔφορος γῆ, gut Korn-Land.

v. 336.

Ἔνθ' ὅγε μ' ἠνώγει πέμψαι βασιλῆϊ, Tunc ille juſſit, ut me deducerent ad regem: juſſit me portari & devehi in nave ad regem, er befahl mich zubringen.

v. 337.

Ἐνδυκέως, Humaniter. ſupra *v.* 109.

v. 338.

Ἀμφ' ἐμοὶ, De me.

Ὄφρ' ἔτι πάγχυ δύης ἐπὶ πῆμα γενοίμην, Conſtructio eſt: ὄφρα ἔτι πάγχυ γενοίμην ἐπὶ πῆμα δύης, ut adhuc penitus & omnino fierem & traderer ſuper paſſionem & damnum ærumnæ; & πῆμα δύης, eſt δύη ipſa, ſicut *Od.* Γ. 152. πῆμα κακοῦ eſt κακὸν ipſum. ſic & alibi πῆμα ἄτης. Imo videntur ſæpe ἡ Δύη & ἡ Ἄτη πλάττεσθαι ὡς δαιμονιώδεις τινὲς οὐσίαι, velut Numina quædam fingi, ut πῆμα ſit τὸ ἐκ τῆς Δύης ἢ Ἄτης κακὸν, malum ab iſtis Numinibus inflictum. ἐπὶ *h. l.* eſt *in*, hinein. Vide ſupra ad *v.* 215.

v. 339.

Ἀποπλώω, navigando *vel* nando abeo. ex ἀπὸ & πλώω, *idem quod* πλέω, navigo.

Ὅτε γαίης πολλὸν ἀπέπλω — νηῦς, cum a terra multum abierat — navis. pro ἀπέπλωσε, *per Apocop.* uti antiquis placet.

v. 340.

v. 340.

Αὐτίκα δούλιον ἦμαρ ἐμοὶ περιμηχανόωντο, Statim ſervitutem mihi ſtruebant, quaſi rete. ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ, arcere diem, quo in ſervitutem tradaris, *i. e.* τὴν δουλείαν, ſervitutem, *Il.* Ζ. 463.

Περιμηχανόωντο. Vid. ad *Od.* Η. 200.

v. 342.

Od. Ν. 434.

v. 343.

Ῥωγαλέα, *ibid.* 435.

Ὄρηαι] ὁρᾷς, βλέπεις. *Schol.*

v. 344.

Ἑσπέριοι δ' Ἰθάκης — ἔργ' ἀφίκοντο, Cum veſpera autem Ithacæ — ad culta loca veniebant. ἑσπέριος, *Od.* Ι. 452.

Ἰθάκης ἐυδειέλου, *Od.* Ν. 212.

Ἔργα, *i. e.* rura.

v. 345.

Κατέδησαν, alligarunt.

v. 346.

Ὅπλῳ ἐϋστρεφεῖ, Ad malum rudente bene torto. χοινίῳ. πεῖσμα ἐϋστρεφὲς, *Od.* Κ. 167.

Στερεῶς, firmiter & arcte. ὅς κε στερεῶς ἀποείπῃ, qui obſtinate negaverit, *Il.* Ι. 506. πολλοῖς δ' ἔντοσθεν ἱμᾶσι στερεῶς ἐντέτατο, ἡ κυνέη, galea intus firmiter & denſe abducta erat loris, *Il.* Κ. 263. νῶτα ἑλκόμενα στερεῶς, dorſa tractata duriter, *Il.* Ψ. 715.

Ἀποβάντες, *Od.* Ν. 281.

v. 347.

Ἐσσυμένως — δόρπον ἕλοντο, Feſtinanter — cibum ſumſere. ἐσσυμένως, *Od.* Ι. 73.

v. 348.

Ἐμοὶ δεσμὸν μὲν ἀνέγναμψαν θεοὶ, mihi vinculum, quo ligatus fueram, ſolverunt Dii, ἔλυσαν, ἀνέλυσαν. ἀνεγνάμφθη αἰχμὴ, cuſpis haſtæ curvata & retuſa eſt, *Il.* Γ. 348.

v. 349.

Καταμφικαλύπτω, *idem quod* ἀμφικαλύπτω, circumtego, circuminvolvo. circumpono.

Κεφαλῇ δὲ κατὰ ῥάκος ἀμφικαλύψας, *pro* καταμφικαλύψας, capiti autem circumdans pannum lacerum *vel* vilem.

v, 350.

Ἐφόλκαιον, ου, τὸ, clavus, das Steuer-Ruder, τὸ πηδάλιον. παρὰ τὸ ἐφέλκεσθαι τῇ νηΐ, quia poſteriori parti navis adhæret.

Ξεστὸν ἐφόλκαιον καταβὰς, per levigatum gubernaculum delabens, fuga *ſcil.* clandeſtina e navigio.

Ἐπέλασσα θαλάσσῃ Στῆθος, admovi mari Pectus, nataturus.

v. 351.

Χερσὶ διήρεσσα, *Od.* M. 444.

v. 352.

Νηχόμενος, Natans. Vid. ad *Od.* H. 276. & 280.

Μάλα δ' ὦκα θύραζ' ἔα (*pro* ἦν) ἀμφὶς ἐκείνων, valdeque cito foris eram procul *vel* ſeparatus ab illis. θύραζε *h. l.* eſt pro ἔξω τῆς θαλάσσης, nam natando evaſerat in ſylvam: ich war geſchwind aus dem Meer, eine ziemliche Weite von jenen entfernet.

v. 353.

Δρίος, εος, τὸ, locus arbuſtis denſus. ὅθι τε δρίος ἦν πολυανθέος ὕλης, ubi arboretum erat varie florentis ſylvæ. erat autem autumnus ſerus: ut ergo Epitheton non in actu ipſo florendi accipi debeat. eſt ergo δρίος, τὸ δάσος, ein dickes Gebüſche.

Πολυανθὴς, έος, ὁ, ἡ, multis germinibus lætis vireſcens & effloreſcens. ὅθι τε δρίος ἦν πολυανθέος ὕλης, ubi quercetum erat læte germinantis & floreſcentis ſylvæ. ex *h. l.* maxime apparet, τὸ ἄνθος eſſe, germen quodvis viride aut lætum, & in ſpecie caput ejus ſuperne: ein Aufſchlag oder Schößling, der friſch iſt.

v. 354.

Κείμην πεπτηὼς, *pro* πεπτηχώς, Jacebam contractus & deprimens me poſt arbuſta, ne conſpicerent me hoſtes. πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν, perculit, perterrefecit, animum eorum, er machete, daß ſie ſehr erſchraken, *Il.* Ξ. 40. Alii legunt πῆξε, pro ἔπηξε, *i. e.* πεπηγέναι οἷον τῷ δέει ἐποίησε, faciebat, ut adfigeretur quaſi animus & concreſceret metu, er machete erſtarrend. ſed male.

ſæpius

ſæpius tamen etiam *intranſitive* notat hoc verbum, terreor, paveo; contraho me & deprimo.

Οἱ δὲ, μεγάλα στεναχοντες, illi autem, magnopere dolentes & indignantes, valde ſuſpirantes.

v. 355.

Φοίτων, pro ἐφοίτων, Ibant, Circumibant curioſe, quærentes me fugitivum. ἐγὼ διὰ νηὸς ἐφοίτων, *Od.* M. 420.

Ἀλλ᾽ ȣ γὰρ σφιν ἐφαίνετο κέρδιον εἶναι. ſed apparebat enim, non proficuum fore id ſibi, ſie ſahen ein, es ſeye ihnen unnütz, weiter zuſuchen.

Κέρδιον, *Od.* Λ. 357.

v. 356.

Μαίεσθαι προτέρω, Quærere ulterius *vel* in ulterioribus locis, weiter hin zuſuchen. de nautis; quærentibus fugitivum ſuum, μαιομένη κευθμῶνας ἀνὰ σπέος, *Od* N. 367.

Τοὶ μὲν πάλιν αὖτις ἔβαινον, hi quidem retro iverunt.

v. 357.

Ἐμὲ δ᾽ ἔκρυψαν Θεοὶ αὐτοὶ, me autem latere fecerunt Dii ipſi, ne viderent & deprehenderent me hoſtes.

v. 358.

Καί με σταθμῷ ἐπέλασσαν ἄγοντες Ἀνδρὸς ἐπισταμένȣ, & me ad ſtabulum adduxerunt *vel* advenire fecerunt ducentes Viri prudentis, an die Hütte eines vernünftigen Landmanns. ὦ παρὰ σταθμῷ, ſupra *v.* 32.

Ἐπέλασσαν. ἐπέλασσα θαλάσσῃ στῆθος, ſupra *v.* 350. γαίῃ — πέλασσεν μέγα κῦμα κυλίνδον, *v* 315.

v. 359.

Ἀνδρὸς ἐπισταμένȣ, Viri rerum & officiorum periti; σπȣδαίȣ, honeſti, intelligentis. ſic gratulatur ſibi Ulyſſes adventum ad Eumæum.

Ἔτι γάρ νύ μοι αἶσα βιῶναι, adhuc enim jam fato mihi conſtitutum eſt, ut vivam.

v. 361.

Ἆ δειλὲ ξείνων, Ah miſer præ omnibus hoſpitibus! *b. l.* eſt loco Superlativi, ὦ δειλαιότατε πάντων. & id habet *b. l.* multum τὸ ὅπλε, ἐμοὶ δειλῷ κακὰ μήδετο — Ζεὺς, ſupra *v* 243.

Ἦ μοι μάλα θυμὸν ὄρινας, certe mihi valde animum commoviſti ad commiſerationem. Vid. ad *Od.* Θ. 178

v. 362.

V. 362.

Ὅσα δὴ πάθες, quot ſcilicet paſſus ſis.

Ἠδ' ὅσ' ἀλήθης, & quantum erraveris. ἐπὶ πολλὰ δ' ἀλήθην, ſupra *v.* 120.

V. 363.

Ἀλλ' τάδ' ἐ κατὰ κόσμον οἴομαι, ſc. λεχθέντα, Sed iſta, quæ de Ulyſſe dixiſti, non accurate dicta a te puto. τάδε ſunt reliqua, exceptis aliis. At iſta non pro decenti & juſto ordine arbitror dixiſſe te.

Οὐδέ με πείσεις, Eumæus negat ſe crediturum narrationes de Ulyſſe; du wirſt mich das nicht überreden.

V. 364.

Τί σε χρὴ τοῖον ἐόντα — ψεύδεσθαι; quid opus tibi eſt, quid juvat, te talem mentiri? te ſenem & opis indigum.

V. 365.

Μαψιδίως ψεύδεσθαι, Inaniter ſic placentia loqui velle, für die lange Weile was gefälliges zureden: civiliſſimus Eumæus ad hoſpitem ſuum ita regerit. Nonnunquam licet ψεύδεσθαι, modo ne omnino μαψιδίως, ſed εὐπρεπῶς καὶ δεόντως. unde regula antiqua: ἔνθα τι δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω, ubi obligati ſumus ficta loqui, loquamur. Vid. ad *v.* 124.

Μαψιδίως, *Od.* Η. 310. Ι. 253.

V. 366.

Ἐμοῖο ἄνακτος, Vide ſupra ad *v.* 170.

Ἤχθετο πᾶσι θεοῖσι, omnes Dii proſequebantur eum odio, inviſus erat omnibus Diis. ἐχθόμενος Ἀθήνῃ, inviſus Minervæ, verhaſſet bey der Minerva, *Od.* Δ. 502.

V. 367.

Πάγχυ μάλ', Omnino.

Μετὰ Τρώεσσι, apud Trojanos, ad Trojam.

V. 368.

Ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσε, poſtquam pugnam depugnavit, & finito certamine ex vulneribus mortuus eſt. *Od.* Α. 238. Δ. 490. ἀργαλέους πολέμους τολυπεύειν, duras pugnas pugnare & facere, *Il.* Ξ. 86. *i. e.* ἐκτελεῖν, κατεργάζεσθαι. ὅποσα τολύπευσε σὺν αὐτῷ, quot & quanta confecerit una cum ipſo, *Il.* Ω. 7. & ſequuntur tres quaſi ſpecies horum peractorum.

V. 369.

v. 369.

Τῷ κέν οἱ τύμβον μὲν ἐποίησαν παναχαιοὶ, Tunc ei tumulum feciſſent confœderati Græci. *Od.* Α. 239.

v. 370.

Ὡι παιδὶ μέγα κλέος ἤρατ᾽ ὀπίσσω, ſuo filio magnam gloriam peperiſſet. *ibid.* 240.

v. 371.

Νῦν δέ μιν ἀκλειῶς Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο, Nunc vero eum ſine fama Harpyiæ abripuerunt. *ibid.* 241.] C'eſt-à-dire, qu'il ait été enlevé ſans qu'on ſache ce qu'il eſt devenu. On peut voir ce qui a été remarqué ſur cette expreſſion dans *le I. Liv.* DAC.

Ἀκλειῶς. μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην, ne tamen certe ignaviter & inglorie perierim, *Il.* Χ. 304.

Ἅρπυια, ας, ἡ, *Phyſice* eſt ventus vehemens & abripiens obvia: & αἱ ἅρπυιαι ſunt ἄνεμοι καταιγιδώδεις καὶ ἁρπακτικοί. Nam venti ſæpe attollunt res, quas corripiunt, & auferunt ſecum: reiſſende Wirbel-Winde. Hinc ficta ſunt Δαιμόνιά τινα πτερωτὰ, quæ dicuntur rapere. Si quis ſubito ex conſpectu hominum abiit, & ignoratur, quomodo aut quorſum ablatus ſit, *Harpyiæ eum abripuiſſe* dicuntur *Poëtice.*

Ἀνηρείψαντο. *Il.* Υ. 234. *Od.* Δ. 727.

v. 372.

Ἀπότροπος, ου, ὁ, ἡ, verſus in diverſum, remotus, ſemotus, averſus. Notat & *Active*, avertens, averruncans. etiam *moraliter*, improbus, infauſtus. ſed iſta ſunt Recentiorum. ab ἀποτρέπω, averto.

Ἐγὼ παρ᾽ ὕεσσιν ἀπότροπος, ego apud ſues procul averſus ab urbe, ὁ κεχωρισμένος καὶ ὅιον ἐξόριστος, ſepoſitus.

v. 374.

Ὅτ᾽ ἀγγελίη ποθὲν ἔλθῃ, wann eine Nachricht von irgendwoher ankäme.

v. 375.

Οἱ μὲν τὰ ἕκαστα παρήμενοι ἐξερέουσιν, iſti οἱ μὲν deinde dividuntur in duas claſſes, ἡμὲν οἳ ἄχνυνται, ἠδὲ οἳ χαίρουσι, ſi aliquis hoſpes novus advenit, illi, qui in urbe ſunt, ſtatim adſident ei, eumque interrogant accurate, partim amici Ulyſſis, qui dolent; partim inimici ejus,

qui

qui gaudent, Ulyſſem abeſſe. Sed quia ejusmodi hoſpites ſæpe auribus interrogantium dant multum, & ſperati commodi ſui cauſa mentiuntur: hinc Eumæus non vult ulterius *μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι*, percontari tales.

v. 376.

Οἱ ἄχνυνται δὴν οἰχομένοιο ἄνακτος, qui dolent ob diu abſentem herum.

v. 377.

Οἱ χαίρουσιν βίοτον νήποινον ἔδοντες, qui gaudent victum *vel* rem familiarem edendo & bibendo abſumentes, nullo reſtituto pretio æquivalente, nulla compenſatione data, umſonſt. ita *Od.* Α. 160. 377. Β. 142. *νήποινοί κεν ὄλοισθε*, ſine ultione certe pereatis, *Od.* Α. 380. Β. 145. quam imprecationem poſtea eventus comprobavit. Ergo eſt *νήποινος propr.* *ὁ ἀνεκδίκητος*, qui occiditur ſic, ut ultionem non habeat. Neutrum adverbialiter ponitur; notatque, ſine retributione & ſatisfactione.

v. 378

Ἐμοὶ οὐ φίλον ἐστὶ μεταλλῆσαι, καὶ ἔρεσθαι, ich habe nicht Luſt zuforſchen. *ἕκαστα μεταλλᾷ*, ſupra *v.* 128.

v. 379.

Ἐξ οὗ, Ex quo *tempore.*

Ἀνὴρ ἐξηπάφε με μύθῳ, vir decepit me ſermone *οὐδὲ ἂν ἔτι αὖτις ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν*. *Il.* Ι. 376. *coll* 375. *ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάτησε*, er ſoll mich nicht noch einmal wieder äffen: nam ſemel decipi a ſocio, *συνηθείας* eſt; bis vero, *μωρίας*.

v. 380.

Πολλὴν ἐπὶ γαῖαν ἀληθείς, multas per regiones vagatus.

v. 381.

Ἦλυθ' ἐμὸν πρὸς σταθμὸν, Venit meam ad villam

Ἐγὼ δέ μιν ἀμφαγάπαζον, ego autem illum cum amore tractabam. *ἀμφαγαπαζόμενος, ὡσεὶ θ' ἑὸν υἱὸν ἐόντα*, *Il.* Π. 192.

v. 383.

Νῆας ἀκειόμενον, Naves reficientem. *ἀκέσασθε, φίλοι*, *Od.* Κ. 69.

Τάς οἱ ξυνέαξαν ἄελλαι, quas ei confregerunt procellæ, quas ei quaſſaverunt tempeſtates.

v. 384.

Ἠ ἐς θέρος, ἢ ἐς ὀπώρην, Vid. ad *Od.* M. 76.

v. 386.

Γέρον πολυπενθὲς, ſenex luctuoſe. Ἀλκυόνος πολυπενθέος, *Il.* I. 559.

v. 387.

Μήτε τί μοι ψεύδεσσι χαρίζεο, Neque mihi fictis gratificare, Neque mihi mendaciis placere tenta. nam τὸ χαρίζεσθαι, ſich gefällig und angenehm machen, multis modis fieri poteſt, δώροις, δεξιώσεσιν, ἀληθείαις, imo & ψεύδεσι.

Μήτε τι θέλγε, *i. e.* ἀπάτα. Vid. ad *Od.* M. 40. & 44.

v. 388.

Ὀυ γὰρ τοὔνεκ' ἐγώ σ' αἰδέσσομαι, οὐδὲ φιλήσω, *coll.* 389. Non enim propterea ego te reverebor, & liberaliter tractabo. hic animus ſummus Eumæi elucet, qui non ob blanditias vult benefacere, ſed ob Deum, & ex miſericordia erga egenum.

v. 389.

Ἀλλὰ Δία ξένιον δείσας, Sed Jovem hoſpitalem reverens, aus Gottesfurcht.

Αὐτόν τ' ἐλεήσας, & te ipſum miſerans.

v. 391.

Vid. ad *v.* 150.

v. 392.

Οἷόν σ' οὐδ' ὀμόσας περ ἐπήγαγον, Qualem *vel* Quod te neque juratus permovi & adduxi, ut crederes mihi. *coll.* 391. es valde incredulus. ἐπάγειν notat *h. l.* inducere, wozu bewegen.

Οὐδέ σε πείθω, neque te credere id, aut confidere, facio.

v. 393.

Ῥήτρη, ης, ἡ, pactio per verba, Abrede, συμφωνία καὶ συνθήκη ἐπὶ τισι ῥητοῖς, *i. e.* ὡρισμένοις.

Ἄγε νῦν, ῥήτρην ποιησόμεθ', age nunc, pactum conventum faciemus. & uſque ad *v.* 400. eſt exemplum hujus rei.

v. 396.

v. 396.

Ἕσσας (*pro* ἕσας, aor. I. partic. Act.) με χλαῖνάν τε, κ. τ. λ. Vide ad *v.* 154.

Πέμψαι, dimitte me cum comitatu, laſſe mich dahin reiſen. Vid. ad *v.* 336.

v. 397.

Δουλίχιόνδ' ἴεναι, Ad Dulichium ut eam. *v.* 335.

Ὅθι μοι φίλον ἔπλετο θυμῷ, quo mihi placet animo.

v. 399.

Δμῶας ἐπισσεύσας, Servos contra me incitans, ἐφορμήσας.

Βαλέειν μεγάλης κατὰ πέτρης, præcipitare me poteris grandi de rupe: ſi mentitum me quidquam deprehenderis.

v. 400.

Πτωχὸς, οῦ, ὁ, mendicus. a πτώσσω. qui incurvando & ſubmittendo ſe rogat neceſſaria, ein Bettler. Differt ab ὁ πένης, ητος, is enim manuum ſuarum opera panem quærit, der ſein Brod mit Arbeit verdienet. a πένομαι: multo etiam magis ab ὁ ξεῖνος. Vide ſupra ad *v.* 157.

Ὄφρα καὶ ἄλλος πτωχὸς ἀλεύεται (*Jon.* pro ἀλεύηται) ἠπεροπεύειν, Ut & alius mendicus vagus vitet *vel* caveat mentiri, *aut* verbis fallacibus decipere. ἵν' ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσῃς, *Od.* N: 327.

v. 401.

Δῖος ὑφορβὸς, Vide ſupra ad *v.* 3.

v. 402.

Οὕτω γὰρ] Refertur iſtud γὰρ ad id, quod eleganter reticetur: *Ne mihi iſtiusmodi pactionis auctor ſis; Ita* ENIM *&c.* CLARK. Ironice iſta dicuntur. *Enimvero ita me bella fama virtutis ſequeretur &c.* nec opus eſt iſta ellipſi. ERN.

Οὕτω γάρ κέν μοι ἐϋκλείη τ' ἀρετή τε Εἴη ἐπ' ἀνθρώπους, tali modo, ſcilicet, (loquitur Ironice) *vel* ſic certe mihi bona fama & præſtantia (guter Namme und gutes Glück) Eſſet aut Eſſe poſſet apud homines. τὸν ἐϋκλείης ἐπίβησον, ſetze ihn in guten Ruff, *Il.* Θ. 285.

v. 403.

Αὐτίκα, καὶ μετέπειτα, nunc, & deinceps.

v. 404.

Ἐπεὶ ἐς κλισίην ἄγαγον, poſtquam in caſam duxi.

Ξείνια δῶκα, quæ ſunt *h. l.* τροφὴ καὶ στρωμνὴ, Koſt und Nachtlager. ergo ſunt ξείνια in genere, res hoſpiti præbendæ; quidquid datur advenæ.

v. 405.

Αὖθις δὲ κτείναιμι, Poſtea interficerem.

Φίλον δ' ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην, occiderem, vitam tibi auferrem.

v. 406.

Πρόφρων δή κεν ἔπειτα Δία Κρονίωνα λιτοίμην, *coll.* 402. ex quo Ironia apparet: Promtus etiam ſane deinde ſupplicare poſſem Jovi, qui protector eſt hoſpitum; ſi te, hoſpitem meum, quantumvis ex pacto, interficerem. οὕτω πρόφρων ἂν εὐξαίμην Θεῷ ξενίῳ, φονεύσας ξένον. Alii, præter rem arguti, cenſent legi poſſe, Κρονίων' ἀλιτοίμην, & explicant: ſciens & volens ſane deinde etiam peccarem in Jovem; ut nulla ſit Ironia. ſed collatio indicata manifeſtam facit Ironiam.

Πρόφρων, ſupra *v.* 54.

Λιτοίμην. ἐλλισάμην Φοίνικας ἀγαυοὺς, *Od.* N. 273.

v. 407.

Νῦν δ' ὥρη δόρποιο, Nunc vero tempus eſt cœnæ inſtruendæ.

v. 408.

Λαρὸν τετυκοίμεθα δόρπον, *Od.* M. 283.

v. 410.

Ἀγχίμολον, *Od.* Θ. 300.

v. 411.

Τὰς μὲν ἄρα ἔρξαν κατὰ ἤθεα κοιμηθῆναι, Has ſues igitur incluſerunt in loca conſueta ad dormiendum. ἔθι ἔθνεα ἔρχατο χοίρων, ſupra *v.* 73.

Κατὰ ἤθεα, per haras & in haris. *i. e.* κατὰ τὰς συνήθεις κοίτας, in ihre Buchten. μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων, ad loca conſueta, ad gregem, & ad paſcuum, equorum, *Il.* Z. 511.

v. 412.

Κλαγγὴ συῶν, Clamor acutus & diſſonus confuſus ſuum,

um, ad ſtabula accedentium, *ὀξεῖα βοή. κλαγγὴ νεκύων*, *Od.* Λ. 604.

Ἄσπετος, ſupra *v.* 297.

Συῶν αὐλιζομενάων, (*pro* *αὐλιζομένων*,) porcorum in ſtabula ſua includendorum. *βοῶν αὐλιζομενάων*, *Od.* M. 265.

v. 413.

Οἷς ἑτάροισιν ἐκέκλετο, ſuis ſociis claris verbis mandabat, er ruff ihnen zu, hieſſe ſie.

v. 414.

Ἄξεθ' (*pro* *Ἄξετε*, fut. pro imperat) *ὑῶν τὸν ἄριστον*, Adducite optimum ſuem, holet das beſte Schwein.

Ἵνα ξείνῳ ἱερεύσω, *i. e.* *χάριν τοῦ ξείνου*, *σφάξω*, ſimul & *θύσω*.

v. 415.

Τηλεδαπῷ ξείνῳ, Peregrino hoſpiti. *ἀνδρῶν τηλεδαπῶν*, *Od.* Z. 279.

Πρὸς δ', *Od.* E. 255.

Πρὸς δ' αὐτοὶ ὀνησόμεθ', inſuper & ipſi juvabimur & recreabimur bono cibo. ut *h. l.* ſit *ὠφεληθῆναι ἀπὸ τοῦ φαγεῖν*. *τῷ κέ με πόλλ' ὤνησεν ἄναξ*, ſupra *v.* 67.

Οἵπερ οἰζὺν δὴν ἔχομεν, qui ærumnam Diu habemus.

v. 416.

Ὑῶν — ἀργιοδόντων, Vid. ad *Od.* Λ. 412.

v. 417.

Ἄλλοι δ' ἡμέτερον κάματον νήποινον ἔδουσιν, Alii autem noſtrum gravem laborem nullo ſoluto pretio, & nulla data ſatisfactione, comedunt *vel* abſumunt convivando. (Conf. *Job XXXI:* 39.) Vid. ad *v.* 377.

Ἡμέτερον καματον, noſtrum durum laborem, unſere ſaure Arbeit, *i. e.* id, quod labore noſtro partum eſt.

v. 418.

Κέασσε ξύλα — χαλκῷ, er ſpaltete Holz mit dem — Beil. *τυτθὰ — κεάσαιμι*, *Od.* M. 388.

Νηλέϊ χαλκῷ, ſic dicitur de gladio, haſta, cultro, ſecuri. Vid. ad *Od.* Λ. 45.

v. 419.

Οἱ δ' ὗν εἰσῆγον, Illi autem ſuem adduxerunt, ſie brachten ein Schwein.

Πενταέτηρον, quinquennem. *βοῦς πενταέτηρος*, *Il.* B. 403.

v. 420.

Τὸν μὲν ἔπειτ' ἔστησαν ἐπ' ἐσχάρῃ, Eum (porcum) quidem poſtea ſtatuerunt ad focum. ὦρσεν ἐπ' ἐσχαρόφιν, *Od.* Η. 169.

Οὐδὲ συβώτης λήθετ' ἄρ' ἀθανάτων, neque ſubulcus Obliviſcebatur Immortalium. οὐδ' Ἐνοσίχθων λήθετ' ἀπειλάων, *Od* Ν. 125. *ſq.*

v. 421.

Φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσιν, Pectore enim utebatur nobili: de Eumæo, eſtque ἔπαινος εὐσεβείας. hinc ὁ μὴ εὐσεβὴς οὐ κέχρηται φρεσὶν ἀγαθαῖς. Eadem verba leguntur *Od* Γ 266. ubi pectus nobile quaſi pro oraculo ei erat; & Poëta, pronus in laudes mulierum, excuſat quantum poteſt Clytæmneſtram, & maximam ſceleris partem confert in Ægiſthum, ſic tamen ut veritatem non prorſus diſſimulet. *coll.* 272. ἐθέλουσαν: nam quid non valent perſuaſiones apud mentem fœmineam?

v. 422.

Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν — ὑὸς, de ſue domeſtico religioſe mactato. ſic *Od.* Γ. 446. Vid. etiam ad *Il.* Τ. 254.

v. 423.

Ἐπεύχετο πᾶσι θεοῖσι, precabatur ad omnes Deos. Vid. ad *Od.* Α. 46.

v. 424.

Πολύφρονα, *Ulyſſis* Epith. Vid. ad *Od.* Θ. 297.

v. 425.

Κόψε δ' ἀνασχόμενος σχίζῃ δρυὸς, Percuſſit autem ſublata manu porcum ſegmine quercus, mit einem Scheite Eichenholzes. κόψε, *i. e.* ἔπληξεν, ὡς ἐπὶ συγχύσει τοῦ ἐγκεφάλου. nam hic erat antiquus mos mactandi porcum. poſitum ergo hîc verbum κόπτω ἐπὶ σφαγῆς.

Ἀνασχόμενος, ſublata vel manu vel σχίζῃ, qua ſuem mactandum feriebat.

Σχίζῃ. ἔκαιε ἐπὶ σχίζῃς, *pro* σχίζαις, comburebat in lignis fiſſis, *Il.* Α. 462. *Od.* Γ. 459.

Ἣν λίπε κείων, (ſegmine arboris,) quod reliquum fecerat, cum ligna ſecaret.

Κίο

Κίω *vel* κείω, findo, cædo, diſſeco, ich ſpalte. hoc verbum *propr.* de lignis. κόψε —— κείων, percuſſit porcum ligno quercus, quod reliquerat, cum finderet ligna, mit dem Kloben Eichenholz, auf dem er die übrigen geſpaltet hatte, und den er liegen laſſen: χίζων.

v. 426.

Τὸν δ᾽ ἔλιπε ψυχὴ, Hunc vero reliquit anima.

Τοὶ δ᾽ ἔσφαξάν τε καὶ εὗσαν, hi autem jugularunt & uſtularunt. Vide ad *v.* 75.] ἔσφαξαν, gulam abſciderunt, ut ſanguis effunderetur; εὗσαν, uſtularunt pilos. ERN.

v. 427.

Αἶψα δέ μιν διέχευαν, *i. e.* εἰς μέλη ἀδρὰ διέτεμον, καὶ συνεχῆ ὄντα ὡσονεὶ ἔχεον τῇ εἰς πολλὰ τομῇ. τὸν βοῦν διέχευαν ἅπαντα, *Il.* Η. 316. *Od.* Γ. 456. In ſpecie tamen eſt, medium mactatum animal ventre aperto diffindere, aufhauen; deinde ἀδρομερῶς diſſecare, zerſtücken.

Ὁ δ᾽ ὠμοθετεῖτο συβώτης, Vide ad *Od.* Μ. 361.

v. 428.

Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, Ex omnibus membris & partibus mactati ſuis deſecabat primitias parvas Deo incendendas, Undique ex omnibus membris mactati ſuis aliquid abſcindens in primitias Diis offerendas comburendasque. Hic igitur notat ἀπαρχὰς τῶν τοῦ ἱερείου μελῶν: unde eſt, ἄργματα θύειν θεοῖς.

Ἐς πίονα δημόν, imponens carnes & involvens in adipem. πίονα δημῷ μῆλα, *Od.* Ι. 464.

v. 429.

Παλύνας ἀλφίτου ἀκτῇ, poſtquam conſperſerat, *ſc.* carnes illas inter aſſandum farina. ὁ δ᾽ ἄλφιτα λευκὰ πάλυνεν, ſupra *v.* 77.

Ἀκτὴ, *Od.* Β. 355.

v. 430.

Od. Μ. 365.

v. 431.

Ὤπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα, Aſſaveruntque valde perite, & detraxerunt omnes carnes de verubus. ſic *Il.* Α. 466.

v. 432.

Βάλλον δ' ἐιν ἐλεοῖσιν ἀολλέα, Poſuerunt autem in menſulis coquinariis, *pro* ἐνέβαλλον ἐλεοῖς, ut in iis diſſecarentur aſſatæ carnes omnes in portiones. ἐπεὶ ὤπ?ησε, καὶ ἐιν ἐλεοῖσιν ἔχευε, poſtquam aſſaverat, & infuderat, *i. e.* impoſuerat, menſulis coquinariis, *Il.* I. 215. Hinc eſt ὁ ἐλέατρος, *i. e.* μάγειρος, maxime vero ὁ δαιτρὸς, diviſor, der Tranchirer. nam antiquiſſimi non cibos ita apponebant convivis, ut in menſa convivali demum diſſecarentur in portiones: ſed hæc diſſectio fiebat in culina, & cuique convivæ ſua apponebatur portio. ergo ibi opus erat ſectore; & menſulæ, in quibus id fiebat, ſunt ὁι ἐλεοὶ, vel τὰ ἐλεά.

Ἂν δὲ — Ἵςατο, ſurgebat. *pro* ἀνίςατο δέ.

v. 433.

Δαιτρεύσων, diviſurus: de carnibus aſſatis. Πυλίων ἡγήτορες ἄνδρες δαίτρευον, dividebant adductam prædam cuique, prout ei debebatur, *Il.* Λ. 687. & 704. τα δὲ ἄλλα ἐς δῆμον ἔδωκε δαιτρεύειν, poſtquam ἐξείλετο quædam præcipua. his locis ergo eſt de præda dividenda.

Περ γὰρ Φρεσὶν ἀίσιμα ᾔδη, *i. e.* τὰ καθήκοντα ἐπίςατο, valde enim ſciebat mente, quid conveniret, & deceret, & æquum eſſet; & quidem *h. l.* in *portionibus* carnium faciendis. er wußte das Geſchick und die Gebühr. Θεοὶ δίκην τίουσι, καὶ ἀίσιμα ἔργ' ανθρώπων, ſupra *v.* 84.

v. 434.

Ἕπταχα, *adv.* ſeptempliciter, in ſeptem partes.

Καὶ τὰ μὲν (κρέατα) ἔπταχα πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων, Et illas quidem (carnes) in ſeptem portiones omnes dispertiebat dividens. & vide, hic quinquennis porcus ſatis eſt pro ſeptem, ex quibus una pars eſt ſacra, duæ partes Ulyſſi & Eumæo, quatuor reliquæ ſervis quatuor. ſed paullo ante *v.* 74. δύω χοῖρε ponebantur duobus.

Διαμοιράομαι, diſtribuo, divido. a ſimplici μοιράομαι, facio portiones. ἔπταχα πάντα δαΐζων, διεμοιρᾶτο, in ſeptem partes omnia ſeparans, faciebat æquas portiones: de cœna, cui ſex convivæ aderant, & ſeptima pars ſacrabatur & ponebatur Diis.

v. 435.

v. 435.

Τὴν μὲν ἴαν (*ſc.* μοῖραν) Νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ, Unam *portionem* Nymphis & Mercurio,] Attendenda eſt hæc carnium ſuillarum diſtributio in ſeptem partes: quarum alteram Nymphis, alteram Mercurio, tertiam Ulyſſi, quartam ſibi, tres reliquas reliquis tribus ſubulcis donavit Eumæus. Sed cur *Nymphis* & *Mercurio?* *Nymphis* quidem, inquit *Euſtathius*, ut alimenta animalibus ex terra ſuppeditent, quaſi fontibus, nemoribus, & ſacris fluviis præſint *Mercurio* vero, quaſi & ipſi paſtori, & pecorum agenti curam. SPOND

Τὴν μὲν ἴαν Νυμφῃσι —, τὰς δ' ἄλλας κ. τ. λ. Vid. BOS *Ell. Gr. ſub Voce* Μοῖρα. HOOG. *ad* VIG. *de Idiot. Gr. Dict. C. III. S. I. R. IX. (N. 63)*

Μαιάς, αδος, ἡ, mater Mercurii. nomen eſt a μάω, quæro. διὰ τὸ τῦ Ἑρμῦ, *i. e.* λογυ ζητητικὸν καὶ ἑρευνητικόν.

v. 436.

Ἐπευξάμενος, precatus. Vid. ad *v.* 423.

Τὰς δ' ἄλλας (*ſc.* μοίρας κρεάτων) νέμεν ἑκάστῳ, reliquas (carnium portiones) diſtribuebat cuique ſuam.

v. 437.

Νώτοισιν δ' Ὀδυσῆα διηνεκέεσσι γέραιρεν — ὑός, Tergo autem Ulyſſem integro honoravit — ſuis. ſic Ajacem integro tergo bovis Atrides, *Il.* Η. 321. nulla ejus parte præſecta aut prælibata; ut is victor præcipui quid & in convivio haberet. Ergo γέρας in convivio Principum erat major & lautior portio cibi.

Διηνεκής, *Od.* Ν. 195.

v. 438.

Κύδαινε δὲ θυμὸν ἄνακτος, honoris ſenſu autem adfecit animum heri ſui perſonati; exhilaravit placide, cum agnoſceret, ſe tractari honorifice. nam quiſque bonus lætatur honore ſibi debito Λητώ καὶ Ἄρτεμις Αἰνείαν ἀκέοντό τε κύδαινόν τε, Deæ iſtæ in templo ſuo curabant ex laſſitudine Æneam, & honore afficiebant: nam magnus omnino honor, a Deabus curari, *Il.* Ε. 448. πάντας κυδαίνων, omnes honore ſuo dignos putans, & honorifice eos tractans, verbis factiſque: ſimul ineſt, laudans, prædicans, extollens, *Il.* Κ. 69. κυδαίνων Ἀχιλῆα, ut hono-

rem tribueret Achilli Jupiter, *Il.* N, 348. Ζεὺς τὸν Ἕκτορα ἐτίμα καὶ κύδαινε, inſignem & glorioſum faciebat, *Il.* Ο. 612. κυδηνεν δὲ Πηλείωνα, laude extulit, honorifico verbo inſignem prædicavit, *Il.* Ψ. 793.

V. 441.

Ὅττι με τοῖον ἐόντ᾽ ἀγαθοῖσι γεραίρεις, quod me, tam miſerum & mendicum, bonis rebus honoras. Vid. ad *v.* 437.

V. 443.

Ἔσθιε, δαιμόνιε ξείνων, inquit Eumæus ad perſonatum Ulyſſem, hoſpitem ſuum, & conſtruitur δαιμόνιος cum Genitivo, quaſi eſſet Superlativus: Comede, præſtantiſſime hoſpitum, ſed adverſo fato luctans. Vid. ad *Od.* Κ. 472.] Eumée s'excuſe d'abord de la petite chere qu'il fait à ſon hôte, & en même temps il le conſole ſur ſon infortune, en le faiſant ſouvenir que Dieu mêle notre vie de biens & de maux, & qu'il faut recevoir tout ce qui nous vient de ſa main. DAC.

Τέρπεο τοῖσδε, Οἷα πάρεστι, fruere hiſce *vel* delectare his, Qualiacunque adſunt, genieſſe das, laß es dir ſchmecken, ſo gut es da iſt. σὺ δὲ τέρπεο τῷδ᾽ ἐνὶ οἴκῳ, *Od.* Ν. 61.

V. 444. 445.

— — Θεὸς δὲ τὸ μὲν δώσει, τὸ δ᾽ ἐάσει,

Ὅ, ττι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλει, δύναται γὰρ ἅπαντα.

— — *Deus autem aliud dabit, aliud non dabit,*

Prout volet, poteſt enim omnia.]

Sic *Il.* Π. 250. Τῷ δ᾽ ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ᾽ ἀνένευσε. Similiter & apud *Pindarum:* Τὸ μὲν δώσει, τὸ δ᾽ ὄπω. *Pythior. Od. XII. v. ult.* CLARK.

V. 446.

Ἄργμα, ατος, τὸ, *idem quod* ἡ ἀπαρχὴ, primitiæ; aliquid, quod præcerpitur de victima, & præoffertur Diis, antequam tota mactetur: deinde & omnes priores partes, quæ de menſa Diis libantur.

Ἄργματα θῦσε Θεοῖς, *i. e.* ἀπαρχὰς κρεῶν conjiciebat in ignem, cum precibus. πῦρ κείαντες ἐθύσαμεν, igne accenſo vota faciebamus Diis, conjecta aliqua caſei particula in ignem, antequam ipſi veſceremur de caſeis illis, *Od.* Ι. 231.] Priores illi ritus facti ſunt initio cœnæ: nunc alii

alii fiunt ante pocula ; quæ diſtinctio apud *Homerum* ſemper eſt obſervanda : non ita tamen , ut , cum potus inciperent , ab eſu abſtinerent ; (nam hic etiam bibentibus Eumæo & Ulyſſi , reliquisque Meſaulius carnes ſubminiſtrat ,) ſed quia in primis poculis , quaſi altera pars cœnæ inchoabatur , proinde novis libationum ritibus indigebat. SPOND.

Αἰειγενέτης , *divinum* Epith. *Od.* Β. 432.

v. 447.

Πτολίπορθος , *Od.* Θ. 3.

v. 450.

Κτήσατο , acquiſiverat , comparaverat ſibi ſervulum. Vid. ad *v.* 4.

Ἀποιχομένοιο ἄνακτος , *v.* 8.

v. 451.

Νόσφιν δεσποίνης , *v.* 9.

v. 452.

Τάφιοι , incolæ inſulæ Τάφος , quæ eadem quæ Κεφαλληνία , una ex Echinadibus ; non procul ab oſtio Acheloi fluminis.

Νηὶ παρὰ πρύμνῃ, Vide ſupra ad. v. 206. & ad *Od.* M. 411.

Σχεδόθεν δέ οἱ ἤλυθεν ἀνὴρ, *i. e.* ſubito apparuit ei. ſic *Od.* N. 221.

v. 224.

Τηλεδαπὸς, *Od.* Ξ. 415.

v. 225.

Γενεὴν, genus quod attinet.

Μελάμπυς, οδος, ὁ, filius Amythaonis, vir valde potens & dives.

Ἔκγονος *h. l.* notat τὸν ἀπόγονον ἐκ τῦ γένυς: nam erat quartus a Melampode primo. Vid. ad *Od.* Λ. 235.

v. 226.

Μητέρι μήλων, *Pyli* Epith. gregibus ovium nobilis.

v. 227.

Ἀφνειὸς (ἐν) Πυλίοισι μέγ' ἔξοχα, Dives *ſeu* Opulentus inter Pylios valde eximie *vel* eminenter. nam neutrum plurale eſt *Adverbialiter* intelligendum; & δώματα ναίων, ſimpliciter eſt, habitans, civis. ἔξοχα, ſupra v. 70. 71.

v. 229.

Νηλεὺς, έως, ὁ, pater Neſtoris, rex Pyli, filius Crethei & pulcræ Τυρῦς. Ortus ejus deſcribitur *Od.* Λ. 234. *ſqq.*

Ἀγακυδέστατον ζωόντων, glorioſiſſimum, excellentiſſimum viventium; erant enim aut reges, aut certe regium genus omnes.

v. 230.

Τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν, *Od.* Ξ. 292.

v. 231.

Εἶχε βίῃ, Detinuit vi injuſta, *ſc.* opes ejus.

Τέως, aliquamdiu, eine ziemliche Weile. Vid ad *v.* 127.] ἕως τῦ τελειωθῆναι τὸν ἐνιαυτόν. *Schol*

Φύλακος, ϋ, ὁ, rex ἐν Φυλάκῃ olim; & urbs ab eo nomen cepit.

v. 232.

Δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ δέδετο, Vinculo in duro vinctus erat.

Κρατέρ' ἄλγεα πάσχων, duros dolores patiens.

v. 233.

v. 233.

Ἕινεκα — ἄτης — βαρείης, Cauſſa — labis — gravis, wegen des ſchweren Vergehens. Vid. ad *Od.* M. 372.

v. 234.

Δασπλὴς, ῆτος, ὁ, & δασπλῆτις, ιος, ἡ, graviter & vehementer appropinquans & percutiens. a πλήσσω, præpoſita particula intenſiva δα, interſerto σ ob Euphoniam. Θεὰ δασπλῆτις Ἐριννὺς, *i. e.* ἡ ἄγχι πλήσσουσα. Alii a πελάζω derivare malunt, cum eadem partic. δα, ut ſit, valde & cum efficacia multa accedens & propinquans. Poſſit & concipi compoſitum ex ἡ δαὶς, fax, & πελάζω, appropinquo; vel πλήσσω, percutio: ut ſit, ἡ ταῖς δαῖσι πλησιάζουσα, cum facibus ardentibus accedens.

v. 235.

Ὁ μὲν ἔκφυγε κῆρα, is quidem effugit mortem.

Ἤλασε, *i. e.* ἀπήλασε, abegit.

Βῦς ἐριμύκυς, boves valde mugientes. Vid. ad *Il.* Υ. 497.

v. 236.

Φυλάκη, *Od.* Λ. 289.

Ἐτίσατο ἔργον ἀεικὲς, ultus eſt *ſeu* puniit factum improbum; & ſequitur novus Accuſativus, Νηλῆα, ut ſit: Neleo procuravit ſatisfactionem pro eo, quod paſſus fuerat.] Vox τίομαι apud Poëtam, Voce *Media*, ſæpe de injuria, ſæpe de injuriæ auctore *ulciſcendo* uſurpatur. Vide *Il.* Τ. 208. Χ. 20. *Od.* Γ. 306. Ψ. 31. Hic autem videtur ἐτίσατο ad utrumque ſimul referri. Ceterum *Scholiaſtes* ſententiam ita exponit: Καὶ ἐτιμωρήσατο τὸν Νηλέα, ὑπομείνας ἔργον χαλεπόν. CLARK. Ordinaria σύνταξις eſt, τίσασθαι τινά τινος, v. c. φόνυ, ἀδικίας: ſed locum habet etiam Accuſativus, & τίσατο Νηλῆα ἔργον ἀεικὲς eſt, *a Neleo ſumſit pœnam injuriæ.* ERN.

Ἔργον ἀεικὲς, factum iniquum. ἀεικέα πήρην, *Od.* Ν. 437.

v. 238

Ἠγάγετο πρὸς δώμαθ', Deducebat ſponſam fratris ad fratris domum. ἠγαγόμην δὲ γυναῖκα, *Od.* Ξ. 211.

v. 239.

Ἄργος ἐς ἱππόβοτον, *Il.* Β. 287.

Τόθι, ibi.

Τόθι

τόθι γάρ νυ οἱ αἴσιμον ἦεν Ναιέμεναι, ibi enim ei fatale erat, *vel* a fato ei conſtitutum erat Habitare. αἰμείνω δ' αἴσιμα πάντα, ſupra *v.* 71.

V. 241.

Ὑψερεφὲς θέτο δῶμα, alte concameratis conclavibus inſtructam poſuit domum. Vid. ad *Od.* N. 5.

V. 244.

Λαοσσόον Ἀμφιάρηον, *i. e.* τὸν λαοὺς σόοντα, *i. e.* διώκοντα κατ' ἀνδρίαν, qui exercitus hoſtiles agitat, ſuosque commovet per fortitudinem ſuam. Eſt ergo *h l.* Epith. *boni & ſtrenui imperatoris:* nam & in pace tamen populus debet exerceri in armis. Poſſit tamen etiam eſſe, ὁ σώζων λαὸς, διὰ μαντικῆς, nam erat egregius vates, & bonus pater patriæ.

V. 245.

Ὃν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος, καὶ Ἀπόλλων, Quem ex animo amabat Jupiterque Ægiochus, & Apollo] Jupiter en le rendant un très-grand Prince, très-conſideré & très reſpecté; & Apollon en le rendant un très-grand Devin. Voilà les premieres marques qu'il reçut de l'affection de ces Dieux Homere ne les explique pas; il ne fait mention, que de la derniere, que nous allons voir. DAC.

Περὶ κῆρι, *Od.* H. 69.

V. 246.

Παντοίην φιλότητ', Omnem quod attinet amorem, Varia quod attinet amoris divini dona: fuit enim magnus rex, bellator, vates, muſicus.

Οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδὸν, neque pervenit uſque ad ſenectutem, er hat kein hohes Alter erreichet, οὐ κατεγήρασε.] Oratio ſtructa eſt more veteris ſimplicitatis. E periodica ratione eſt: Quem vehementer quidem amarunt Jupiter & Apollo; neque tamen ad ſenectutem pervenit: ſive, Quem quanquam vehementer &c. tamen ad ſenectutem non pervenit. ERN.

V. 247.

Γυναίων εἵνεκα δώρων, de Ampliarao. Uxor ejus Ἐριφύλη, quam ὁ Πολυνείκης, princeps Thebanus, aureo monili corru-

corruperat, perſuaſit ei, ut ad mortem ab ipſo proviſam, Thebas proficiſceretur. Sic & *Od.* Λ. 520.

V. 251.

Ἱν' ἀθανάτοισι μετείη, ut Immortalibus intereſſet.

V. 253.

Θῆκε μάντιν αὐτὸν, Fecit eum vatem.

Βροτῶν ὄχ' ἄριστον, hominum longe præſtantiſſimum. *Od.* N. 297.

V. 254.

Ὑπερησία, ας, ἡ, urbs Argivorum, ἀπὸ Ὑπέρητος, υἱοῦ Λυκάονος.

Ὅς ῥ' Ὑπερησίηνδ' ἀπενάσσατο, Qui in Hypereſiam migravit. ὅς ποτε Δουλίχιόνδ' ἀπενάσσατο, qui olim in Dulichium migraverat, *Il.* B. 629. Eſt & *Activum* in uſu, ἀπονάω, migrare facio, deduco, reduco. αὐτοὶ κεῖνην ἂψ ἀπονάσσωσι, remigrare faciant, *Il.* Π. 86.

V. 256.

Ἐπῆλθε, advenit.

V. 257.

Τηλεμάχου πέλας ἵστατο, prope Telemachum conſtitit. χριμφθεὶς πέλας, accedens prope, *Od.* K. 516.

V. 260.

Ἐπεί σε θύοντα κιχάνω, *coll.* 258. τὸν δ' ἐκίχανε σπένδοντ', εὐχόμενόν τε, Eſt ergo θύειν libare vinum & precari. In Poëta θύειν nuſquam eſt pro σφάζειν: nam hic ſignificatus eſt Recentiorum. Ex illa antiqua enim notione libandi, & primitias offerendi de cibis capiendis, facta eſt generalior notio rei cujuslibet ſacræ faciendæ, e. c. ſuffiendi, mactandi victimam, &c.

V. 261.

Λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος, Supplico per res divinas *ſeu* per ſacra & Deum. *coll.* 222. *ſqq.* & 260 ex quo apparet, θύος eſſe nomen generale cujusvis rei divinæ factæ. in ſpecie autem notat θυμίαμα ſacrum, aut libamentum. πρὸς ναὸν ἔρχεο σὺν θυέεσσι, ad templum vade cum re divina; quæ poſſunt eſſe θυμιάματα, ſuffimenta, vel λοιβαὶ, libationes, *Il* Z. 270.] ὑπὲρ ταύτης τῆς θυσίας καὶ τοῦ δαίμονος, ὁ θύος· ἀντὶ τοῦ, τῆς θυσίας τοῦ δαίμονος. *Schol.*

V. 263.

v. 263.

Εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα, Dic mihi interroganti vera. νημερτὲς ἐνισπε, *Od.* M. 112.

Μηδ' ἐπικεύσῃς, neque celes. οὐκ ἐπικεύσω, *Od.* Ξ. 467.

v. 264.

Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν, κ. τ. λ. *Od.* Ξ. 187.] Il fait toutes ces interrogations pour découvrir, ſi ce jeune Prince n'eſt point parent de celui qu'il a tué; car en ce cas, au lieu de demander d'aller avec lui, il le fuiroit par les raiſons qu'il va dire. DAC.

v. 266.

Od. Ξ. 192.

v. 268.

Ἀπέφθιτο λυγρῷ ὀλέθρῳ, periit triſti morte. ἀπεφθίμην ἐνὶ πόντῳ, *Od.* K. 51.

v. 270.

Ἦλθον πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο, Veni, ut certior fierem de patre diu abſente. ἔνθ' Ὀδυσῆος ἐγὼ πυθόμην, *Od.* Ξ. 321.

v. 271.

Θεοειδής, Epith. *Theoclymeni.*

v. 272.

Οὕτω τοι καὶ ἐγὼν] ὡς ὁρᾷς, μόνος φεύγω. *Schol.* Male. Refertur enim iſtud οὕτω ad id, quod dixerat *Telemachus*, *v.* 267. 270. nempe ex Ithaca patria ſe illuc profectum: ut hic dicat *Theoclymenus*, *Ita ſe quoque e patria illuc veniſſe.* CLARK.

v. 273.

Ἔμφυλος, ου, ὁ, ἡ, ad eandem gentem *vel* tribum pertinens. ἄνδρα κατακτὰς ἔμφυλον, tribulem occidens, φυλέτην, ὁμόφυλον. ex ἐν & φῦλον, ου, τὸ, tribus, pars populi, populus: ein Volk, ein Geſchlecht. eſt idem fere quod ἡ φυλή.

Πολλοὶ δὲ κασίγνητοί τε, ἔται τε, multi autem fratres, & amici, *ſcil.* illius a me interfecti. εἰρόμεναι παῖδάς τε, κασιγνήτους τε, ἔτας τε, percontantes de filiis, vel fratribus, vel notis ſibi civibus, *Il.* Z. 239. & 262. ἀμύνων σοῖσιν ἔτῃσι, defendens cives tuos, o Hector. ἔται καὶ ἀνεψιοὶ, *Il.* I.

Il. I. 460. ubi ἔται ſunt πάντες οἱ συνήθεις, omnes familiares & amici; ἀνεψιοὶ vero, cognati. Vid. etiam ad *Od.* Δ. 3.

v. 274.

Ἄργος ἐν ἱππόβοτον, Vide ſupra ad *v.* 239. hinc & hæc regio Neptuno erat ſacra; nam equus eſt Neptuni animal.

Μέγα δὲ κρατέουσιν Ἀχαιοί, valde autem potentes ſunt Achivi. ὅθι κρατέουσιν Ἠπειοί, *Od.* N. 275.

v. 275.

Ὑπαλεύομαι, *idem quod* ἀλεύομαι, vito declinando.

Τῶν (*pro* ἐκ τῶν) ὑπαλευάμενος θάνατον καὶ κῆρα μέλαιναν, φεύγω, Ab his vitans mortem & fatum atrum, Fugio: ne afferatur mihi mors ab iis.] Parmi les Hebreux, les parents de celui qu'on avoit tué, de propos délibéré ou autrement, avoient le droit de tuer le meurtrier quelque part qu'ils le trouvaſſent jusqu'à ce qu'il fût arrivé à une des Villes qui avoient été données pour aſyle. *Propinquus occiſi homicidam interficiet, ſtatim ut apprehenderit eum interficiet.* Num. XXXV. 19. *Si interfector extra fines Urbium, quæ exulibus deputatæ ſunt, fuerit inventus, & percuſſus ab eo, qui ultor eſt ſanguinis, abſque noxa erit, qui eum occiderit.* ibid. 26. Les Grecs avoient preſque la même Juriſprudence. Les parents du mort avoient auſſi le droit de tuer le meurtrier juſqu'à ce qu'il ſe fût purgé, en accompliſſant le temps de l'exil, ou qu'il eût été expié de quelqu'autre maniere. DAC.

v. 276.

Ἐπεί νύ μοι αἶσα κατ' ἀνθρώπους ἀλάλησθαι, quia ſane mihi fato impoſitum eſt per homines vagari, *vel* ab aliis ad alios homines oberrare. ἔτι γάρ νύ μοι αἶσα βιῶναι; *Od.* Ξ. 359.] Car le meurtrier devoit ſe condamner lui-même à l'exil pendant un certain temps marqué. EAD.

Ἀλάλημαι. Vid. ad *v.* 10.

v. 277.

Ἀλλά με νηὸς ἔφεσσαι, *pro* ἔφεσαι, aor. I. imperat. Med. Sed me navi impone, *i. e.* ἐπιβίβασον, κάθισον με ἐπὶ νηός. Vide ad *Od.* N. 274. & Ξ 295.

Ἐπεί σε φυγὼν ἱκέτευσα, quia ad te in fuga mea ſupplex acceſſi. ὁ δέ με μάλα πόλλ᾽ ἱκέτευεν, *Od.* Λ. 529.

v. 278.

Διωκέμεναι γὰρ ὀΐω, *pro* διώκειν, eos enim me perſequi puto, daß ſie mir nachjagen.

v. 280.

Οὐ μὲν δή σ᾽ ἐθέλοντά γ᾽ ἀπώσω νηὸς, Nequaquam te volentem *conſcendere* prohibebo a nave mea. σφέας κεῖθεν ἀπώσαντο ἐς ἀνέμοιο, *Od.* N. 276.

Νηὸς ἐΐσης. Ἐΐσος, η, ον, ad quatuor ſubſtantiva jungit Poëta: ad δαῖτα, ναῦν, ἀσπίδα, φρένας. Vid. ad *Od.* Γ. 10.

v. 281.

Ἕπευ, comitare me, komm mit.

Αὐτὰρ κεῖθι φιλήσεαι, οἷά κ᾽ ἔχωμεν, und dort ſollſt du verpſleget werden, ſo gut wir nur können: ut ergo in ſpecie ponatur ἐπὶ ξενοδοχικῆς φιλοφροσύνης. χαῖρε, ξεῖνε, παρ᾽ ἄμμι φιλήσεαι, *Od.* A. 123.

Οἷά κ᾽ ἔχωμεν, ſo gut wir es haben. οἷα πάρεστι, *Od.* Ξ. 443.

v. 282.

Ὅς ἐδέξατο — ἔγχος, *i. e.* αὐτῷ, *pro* αὐτοῦ, er nahm ihm den Spieß ab, amice τὸ τοῦ ξείνου ἔγχος: nam hoſpiti advenienti demebatur haſta, & reponebatur honoris cauſa.

v. 283.

Τόδ᾽ (ἔγχος) ἐπ᾽ ἰκριόφιν τάνυσεν νεὸς, eam (haſtam) in tabulato navis extendit, *i. e.* depoſuit. Vid. ad *Od.* N. 74.

v. 286.

Τοὶ δὲ πρυμνήσι᾽ ἔλυσαν, *Od.* B. 418.

v. 288.

Ὅπλων ἅπτεσθαι, Inſtrumenta nautica apprehendere, eaque aptare, *ibid.* 423.

Τοὶ δ᾽ ἐσσυμένως ἐπίθοντο, illi autem ſtudioſe parebant. ἐσσυμένως δόρπον ἕλοντο, *Od.* Ξ. 347.

v. 289.

Ἱστὸν — εἰλάτινον, Malum — abiegnum, *Od.* B. 424.

Μεσόδμη, ης, (*ibid.*) quaſi μεσοδομή, *per Sync.* παρὰ τὸ, μέσον δεδομῆσθαι, quod in medio eſt inædificatum. trabs magna, colligans alias in medio inſerta. In navi eſt trabs illa pertuſa, cui inſeritur malus.

v. 290.

v. 290.

Στῆσαν ἀείραντες, Erexerunt elevantes, *ſc.* malum.

Κατὰ δὲ προτόνοισιν ἔδησαν, ad proram & puppim rudentibus alligarunt, ut firmior ſtaret. ita *Od.* B. 425. & locus maxime luculentus eſt *Od.* M. 409. 410.

v. 291.

Ἐϋστρέπτοισι βοεῦσι, bene tortis & complexis loris ex corio bubulo, ἐυκλώστοις, mit wohl geflochtenen Riemen. ea lora in navi erant ad vela in altum trahenda. ſic *Od.* B. 426.

v. 292.

Ἴκμενον οὖρον, *h. l.* paullo vehementiorem, commodum tamen, ventum notat. *Od.* M. 149.

v. 293.

Λάβρον ἐπαιγίζοντα δι' αἰθέρος, Validum, vi accidentem, rapidum & ſtridulum, irruentem per aërem. Ventus notatur, qui celeriter ferat navem, & celeri navigationi aptus. Ζέφυρος λάβρος ἐπαιγίζων, rapidus ſuperne ingruens, *Il.* B. 148. Vide etiam ad *Il.* Π. 385.

v. 294.

Ὄφρα τάχιστα Νηῦς ἀνύσειε θέουσα, ut celerrime Navis ad finem ſuum perveniret currens. deeſt ὁδὸν, finire poſſet viam ſuam. θοῶς δέ οἱ ἤνυτο ἔργον, *Od.* E. 242.

Θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ, *Od.* M. 236. & 240.

v. 295.

Supra *v.* 185.

v. 296.

Ἡ δὲ (ναῦς) Φερὰς ἐπέβαλλεν, *i. e.* παρὰ Φερὰς εὐστόχως καὶ ἐπιτυχῶς ἔθεεν, ἔπλεεν, es lief glücklich an der Gegend von Pheræ vorbey, curſum tenuit e regione illius loci, non appulſa eſt ibi navis, ſed curſum tantum tenuit ad regionem ejus loci, & deinde ultra præternavigavit, es richtete den Lauf gegen Pheræ.

Ἐπειγομένη Διὸς οὔρῳ, impulſa Jovis vento ſecundo.

v. 297.

Ὅθι κρατέουσιν Ἐπειοί, ita *Od.* N. 275. Vide & ſupra ad *v.* 274.

v. 298.

Νήσοισιν ἐπιπροέηκε, ad inſulas curſum navis direxit.

κεῖνον νηυσὶν ἐπιπροίηκα, illum ad naves dimiſi, navibus eum dimiſi, *Il.* P. 708. Σ. 58. ἄνδρας δὲ λίσσεσθαί ἐπιπροέηκεν ἀρίστους, viros, qui ſupplicarent tibi, ad te miſit præſtantiſſimos, *Il.* I. 516. Μενελάῳ ἐπιπροέμεν ἰὸν, contra eum dirigere ſagittam & mittere, *Il.* Δ. 94.

Νήσοισιν — θοῇσιν, *pro* θοαῖς, ad inſulas — in acutum deſinentes & longas.

v. 299.

Ὁρμαίνων, Inquietus animo, Dubius, Iter cœptum cum ſtudio proſequens.

Ἤ κεν θάνατον φύγοι, ἤ κεν ἁλώη, an mortem effugere poſſet, an caperetur morte: ſive effugiat mortem, ſive capiatur a morte. ὑπὸ τῷ θανάτῳ eſt ergo *Metaphorice*, vom Tod eroberet und erbeutet werden. ἤ κεν ἁλώη, ἤ κε φύγοι, *Od.* Ξ. 183. 184.

v. 300

Τὼ δ' αὖτ' ἐν κλισίῃ] Redit Poëta, unde digreſſus eſt ſupra Ξ. 533. CLARK.

v. 301.

Δορπείτην, Cœnabant ambo.

Παρὰ δὲ σφιν ἐδόρπεον ἀνέρες ἄλλοι, & juxta eos cœnabant viri alii, qui Eumæo erant. ἐξ οὗ δορπέομεν, *Od.* Θ. 539.

v. 302.

Supra *v.* 143.

v. 303.

Συβώτεω πειρητίζων, *Od.* Ξ. 459.

v. 304.

Εἴ μιν ἔτ' ἐνδυκέως φιλέοι, Num eum adhuc humaniter amare, & bene ei facere velit, An eum diutius libenter tractare velit. ἐνδυκέως, *Od.* Ξ. 337.

Μεῖναί τε κελεύοι, & manere diutius apud ſe jubeat. hinc apparet, vim tantum moleſtam eſſe hoſpiti, non vero invitationem ad manendum.

v. 305.

Αὐτοῦ ἐνὶ σταθμῷ, Ibi in villa. *coll.* 300 ἐν κλισίῃ, quod eſt idem. & *propr.* σταθμὸς eſt ſtabulum pecorum: ſed ὡς ἐκ μέρους ſic vocatur totus ὁ ἀγροτικὸς οἶκος.

Ἦ ὀτρύνειε πόλινδε, An eum hortaturus eſſet ad eundum in urbem.

v. 307.

v. 307.

Ἤῶθεν, *Od.* Ξ. 512.

Προτὶ ἄστυ λιλαίομαι ἀπονέεσθαι, ad urbem volo *ſeu* cupio abire.

v. 308.

Πτωχεύω, mendico, ich gehe betteln, bettle. πτωχεύσων, mendicaturus, ἐπαιτήσων.

Ἵνα μή σε καταδρύχω καὶ ἑταίρους, (σοὺς) ne te conſumam edendo & bibendo, & ſocios tuos: nam hoſpes nimis diutinus attenuat & atterit rem familiarem per ſe tenuem. τὰ φρονέων, δώροισι κατατρύχω καὶ ἐδωδῇ λαοὺς, hæc ego ſpectans animo, (*ſc.* ut defenſores urbis habeam vos,) donis præbendis & commeatu attero & exhaurio populum meum: inquit Hector ad copias auxiliares exteras, ich beſchwere und erſchöpfe mein Volk mit Abgaben und Proviant-Lieferungen und Einquartierungen; nam populus conferre ad bellum, & tecto cibariisque juvare copias exterorum ſociorum, cogebatur, *Il.* P. 225.

v. 309.

Ἀλλ' ἄ μοι εὖ ὑπόθευ, *i. e.* συμβούλευσον. pro ὑπόθεσο, ὑπόθεο, ὑπόθευ, *Jonice.* gib mir guten Rath und Lehre. πρόφρων ὑποθήσομαι, *Od.* E. 143.

Ἅμ' ἡγεμόν' ἐσθλὸν ὄπασσον, ſimul viæ ducem bonum mihi da.

v. 311.

Πλάγξομαι, Circumibo, ut mendicus.

Αἴ κεν τις κοτύλην καὶ πύρνον ὀρέξῃ, ſi forte quis ſitulam vini, & fruſtum panis, porrigat. *h. l.* κοτύλη eſt μικρὸν ποτήριον ἢ ἐκπώματος εἶδος, & ſimul τὸ εἴσω αὐτῷ ὑγρὸν ſic vocatur. κοτύλην τὶς τυτθὸν ἐπέσχε, *Il.* X. 494. Vide etiam ad *Il.* E. 306.

Πύρνον, ου, τὸ, panis. fruſtum panis; vel, ex uſu antiquo, panis parvus rotundus integer. Eſt pro τὸ πύρινον, *ſc.* σιτίον, panis triticeus. nam *propr.* eſt adjectivum; unde & ὁ πύρνος (pro πύρινος, *ſc.* ἄρτος) in ſingulari dicitur. Eſt ergo ab ὁ πυρὸς, οῦ, ὁ, triticum: frumentum. in ſpecie ſic dicitur panis egeno porrigendus. κοτύλην καὶ πύρνον, poculum parvum (einen Trunk) & fruſtum panis.

v. 314.

Μνηςήρεσσιν ὑπερφιάλοισι μιγείην, ad procos inſolentes accederem, & inter eos verſarer.

v. 315.

Εἰ μοι δεῖπνον δοῖεν,] *Ut videam, ut experiar, an mihi cœnam dent* Vel, *ea ſpe, ut mihi cœnam dent.* CLARK.

Ὀνείαλα μυρία, *Od.* Κ. 9.

v. 316.

Δράω, facio opus, ago, miniſtro ſtrenue, διακονέω, ὑπηρετέω. αἶψα κεν εὖ δρωοιμι μελὰ σφίσιν, ὅ, τλι θέλοιεν, ſtatim ſane bene miniſtrarem inter illos, quodcunque vellent. Eſt pro δράοιμι, *contr.* δρῷμι, & diſtracto circumflexo per inſertum ο, cui adjungitur id ante ſubſcriptum jota, δρώοιμι, *i. e.* διακονοίην, ὑπηρετοίην.

v. 317.

Σὺ δὲ σύνθεο, tuque attende. Vide ſupra ad *v.* 27.

v. 318.

Ἕκηλι, *adv.* volente aliquo, dedito aliquo alicui rei fiendæ, *item* per. durch, mit Gunſt, mit Willen. Ἑρμείαο ἕκηλι, Mercurii gratia, aus deſſen Gnad und Gunſt.

— — — ὅς ρα τε πανλων

Ἀνθρώπων ἔργοισι χάριν καὶ κῦδος ὀπάζει.

— — — *qui utique omnium*

Hominum operibus gratiam & gloriam præbet.]

Comme Mercure eſt le ſerviteur & le miniſtre des Dieux, on a feint qu'il étoit le patron & le Dieu de tous ceux qui etoient au ſervice des autres, & que c'étoit par ſa faveur que chacun réüſſiſſoit dans toutes les fonctions de ſon état DAC. Conf. etiam ALTM. *Meletem. Philol.-Crit. Tom. I. p.* 169. 170.

v. 320.

Δρηςοσύνη, ης, ἡ, famuli opus, ἡ ταπεινὴ διακονία. a δρηςὴρ, ῆρος, ὁ, miniſter, qui opus facit, θεράπων, ὑπηρετὸς. quod a δράω, *v.* 316.

Δρηςοσύνῃ ὐκ ἄν μοι ἐρίσσειεν βροῖὸς ἄλλος, Opere faciendo non mecum contenderit mortalis alius, im arbeiten ſoll es mir wohl keiner zuvor thun, & in ſequentibus nominantur ejusmodi opera.

V 321.

Πῦρ ἐυ νηῆσαι, Ignem bene accumulare, *i. e.* candentes carbones ſub acervo cineris abſcondere, ut ad uſum poſteri diei adſit ignis. res ipſa ergo convenit cum ἐυνῆσαι πῦρ, *i. e.* καλ͂ευνάσαι καὶ ζωπυρῆσαι ἐν σποδιᾷ. poteſt & eſſe, bene accumulare, impoſitis lignis, ut ardeat luculenter. νῆα ἅλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηησάσθω, navem multo auro & ære onerato, *i. e.* σωρευσάτω, er mag häuffig beladen, *Il.* Ι. 137. & 279. νῆας νηησάσθαι ἅλις χρυσοῦ. νήεον (*pro* ἐνήεον) ὕλην, coacervabant ligna, ſie legten Holz auf einander, ut conſtruerent rogum, *Il.* Ψ. 139. ἐπὶ ἀπήνης νήεον Ἑκτορέης κεφαλῆς ἄποινα, in curru componebant redemtionis pretia pro Hectore, ſie luden reichlich auf, *Il.* Ω. 276.

Δανὸς, ἡ, ὸν, ad urendum aptus.

Διακεάζω, diffindo. ex διὰ & κεάζω, findo.

Διὰ ξύλα δανὰ κεάσσαι, *i. e.* ξηρὰ καὶ ἐπιτήδεια εἰς τὸ δαίεσθαι. trocken Brenn-Holz zuſpalten: diffindendo ligna ſicca.

V. 322.

Δαιτρεῦσαι, Structorem *ſeu* Diviſorem carnium aſſatarum agere. δαιτρεύσων, *Od.* Ξ. 433.

Ὀπτῆσαι, aſſare. ſupra *v.* 98.

Οἰνοχοῆσαι, vinum infundere, *Od.* Δ. 233.

V. 323.

Οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσι παρα δρώωσι χέρηες, Qualia apud nobiliores præſtant *vel* miniſtrant humiliores. pro δρῶσι, *contr.* δρῶσι, & per interſertum ω ob metrum, non vero ο, diſtracto circumflexo. Præpoſitio poſtpoſita retrahit accentum: nam ut compoſitum verbum, παραδρώωσι, ſcribere, vetant vetuſti Critici. Vide ad *v.* 316.

Οἷα τε, *v.* 281. οἷά κ.

Χέρηες, pro χερείονες, *Jonice.* & vide τὰς ταπεινοὺς, & quaſi χειρουργοὺς, in oppoſ. ad ἀγαθοὺς, eminentiores dignitate. ἔτι χερείω πατρὸς, *Od.* Ξ. 176.

V. 324.

Ὀχθήσας, indignatus, *Od.* Ε. 407.

V. 325.

Τίη; cur tandem?

Τίη τοι ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο νόημα ἔπλετο; cur tandem tibi in animo iſta ſententia & id conſilium Eſt? wie kommſt du auf die Gedanken?

v. 326.

Ἦ σύ γε πάγχυ λιλαίεαι αὐτόθ' ὀλέσθαι, certe tu omnino cupis illic perire.

v. 327.

Ει δὴ μνηστήρων ἐθέλεις καταδῦναι ὅμιλον, Si procorum vis te ingerere turbæ *vel* ingredi cœtum.

v. 328.

Τῶν ὕβρις τε, βίη τε, σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει, Quorum injuria & vis uſque ad ſupremum cœlum pertingit,] *Dna. Dacier* ita explicat: „dont la violence & l'inſolence „ſont ſi grandes, qu'elles ne reſpectent pas les Dieux, „& qu'elles attaquent le Ciel même.„ Male: Hoc enim dicere vult Poëta; nempe, „*Tantam fuiſſe Procorum* „*ſuperbiam, totque indigna facinora; ut eorum fama ad om*„*nium aures perveniſſet. Quorum* (uti reddit *Spondanus*) „*tanta ſit protervia, & injurias aliis inferendi conſuetudo, ut* „*ejus fama etiam ad cœlum uſque pervenerit.*„ Sic *Il.* Θ. 192. ἀσπίδα Νεστορέην, τῆς νῦν κλέος οὐρανὸν ἵκει. CLARK. Ne hoc quidem opus eſt. οὐρανὸν ἵκειν eſt formula exprimens magnitudinem inuſitatam, ex eo, quod maxima menſura magnitudinis eſt ſpatium a cœlo ad terram, ut bene *Longinus* de Eride Homerica. ERN.

Σιδήρεος, firmus. *cœli* Epith.

v. 329.

Ὑποδρηστὴρ, ἦρος, ὁ, *idem qui* δρηστὴρ, in ſenſu miniſteriali.

Οὔ τοι τοιοίδ' εἰσὶν ὑποδρηστῆρες ἐκείνων, *ſc.* μνηστήρων, Non ſane tales ſunt miniſtri illorum, qualis tu es, & pueri delicati ad menſam deſcribuntur.

v. 330.

Νέοι, juvenes.

Χλαίνας εὖ εἱμένοι, *i. e.* ἐνδεδυμένοι.

v. 331.

Λιπαροὶ κεφαλὰς, nitidi quod attinet capita, *i. e.* totas perſonas eorum.

V. 332.

Ὑποδράω, ſubminiſtro, adminiſtro.

Οἱ σφιν ὑποδρώωσιν, Qui illis miniſtrant, Qui miniſtri eorum ſunt. *pro* ὑποδράουσιν. (Vid. ad *v.* 323.) Sermo eſt de elegantibus pueris & miniſtris procorum.

Ἐΰξεστοι τράπεζαι, bene politæ menſæ.

V. 333.

Σίτου καὶ κρειῶν, ἠδ' οἴνου βεβρίθασιν, ſie ſind ſchwer und dichte voll beſetzet. βρῖθον ταρσοὶ τυρῶν, *Od.* I. 219.

V. 334.

Μίν', *pro* μίνε, exſpecta.

Οὐ γάρ τις τοι ἀνιᾶται παρεόντι, nemo enim moleſtiam ſentit ob te præſentem, nemini moleſtus es tua præſentia. ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι, certe enim & labor cupiditasque eſt, tædio longo confectum reverti in patriam, *Il.* B. 291. ἀνιηθεὶς ορυμαγδῷ, offenſus tumultu, *Od.* A. 133. πρίν κεν ἀνιηθεὶς, prius ſane, tædio confectus, *Od.* Γ. 117. εἰ δὲ ἔτι ἀνιήσει πολὺν χρόνον υἷας Ἀχαιῶν, ſi porro vexabit diu nobiles adoleſcentes, *Od.* B. 115. & hujus dicti ἀπόδοσις vel reticetur minaciter, vel ſequitur demum *v.* 125. *ſq.*

V. 337.

Κεῖνός σε χλαῖνάν τε χιτῶνά τε, εἵματα ἕσσει, *pro* ἕσει; Ille te induet quod attinet veſtes, tunicam & togam.

V. 338.

Od. Ξ. 517.

V. 341.

Ὅτι μ' ἔπαυσας ἄλης καὶ ὀϊζύος αἰνῆς, quod me recreaſti & ad finem venire feciſti ex vagatione & miſeria gravi: ad quietem venire me feciſti: requieſcere me facis ex oberratione & ærumna gravi.

Ἄλη, *Od.* K. 464.

V. 342.

Πλαγκτοσύνη, ης, ἡ, circumvagatio. a πλαγκτὸς, ἡ, ὀν, errans, vagans.

Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν,

Circumvagatione autem egena nihil eſt deterius hominibus.]

Qui ſua mala exponunt, iis nulla graviora autumant, immo cetera ludum præ iſtis habenda exiſtimant. Sic

P 5 Ulyſſes,

Ulyſſes, cum ille jam variis & graviſſimis erroribus ſit agitatus, nihil pejus homini illis accidere poſſe pronunciat. Cujus rei cauſſam nos ita exquirimus. Cum enim patrio ſolo homini nihil debeat eſſe carius, qui illo privari cogitur, ſine dubio rem patitur miſeram: qui vero non ſolum illo privatur, ſed inſuper innumeris calamitatum, dum hinc inde incertus peregrinatur & mendicat Ulyſſeo modo, fluctibus obruitur, ille miſerrimam demum vitam agit. —— Quid ergo cenſeas de calamitoſo peregrino? quid, inquam, de Ulyſſe Homerico cenſeas? quid pronuncies? illud ipſum Ulyſſeum:

Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν.

Aliud *porro* eſt ſtatuendum de illa peregrinatione, quæ animi gratia ad inſpiciendos exterarum gentium mores ſuſcipitur; ut *primo Libro* jam docuimus. SPOND.

v. 343. 344.

Ἀλλ' ἕνεκ' οὐλομένης γαστρὸς κακὰ κήδε' ἔχουσιν
Ἀνέρες, ὅν κεν ἵκηται ἄλη, καὶ πῆμα, καὶ ἄλγος.

Sed ob perniciosum ventriculum (qui ob famem multa mala facere cogit) *malos labores & sollicitudines ſuſtinent Viri, ad quemcunque pervenerit circumvagandi neceſſitas, & varium malum, & dolor.*]

Videtur excuſare ſuperioris inſtituti ſui rationem, qua ſe in tantum vitæ periculum, ut docuit Eumæus, conjiciebat, quod nimirum viri egeni & miſeri perničioſa ſæpe ineant conſilia, & nihil non tentent, ut ſe tandem ſuis malis eripere poſſint: ut *h. l.* ſe facturum fuiſſe ex Eumæo didicit. IDEM.

v. 344.

Ἄλη, καὶ πῆμα, καὶ ἄλγος, nam hæc tria ſolent eſſe conjuncta vitæ erroneæ. ἄλη, υ 341.

Πῆμα ſæpiſſime eſt πάθημα, caſus adverſus, calamitas.

v. 345.

Νῦν δ' ἐπεὶ ἰσχανάας, Nunc vero quia me retines apud te. pro ἰσχανάεις, contr. ἰσχανᾷς. ἰσχανόων φιλότητος, Od. Θ. 288.

Μεῖναί τέ με κεῖνον ἄνωγας, & mihi auctor es, ut exſpectem illum apud te.] *Barneſius* vertit: *Meque manere, talem* quem vides, *jubes.* Sed potius vertendum crediderim: *Manereque me illum* (nempe *Telemachum*) *jubes.* CLARK.

v. 347.

v. 347.

Ὃν καλέλειπεν ἰών, quem reliquit, cum proficiſceretur hinc ad Trojam.

Ἐπὶ γήραος οὐδῷ, in ingreſſu ſenectutis. οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν, ſupra v. 246.

v. 348.

Εἰπὲ ἔτι ζώουσιν ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, An adhuc vivant ſub ſole.

v. 350.

Ὄρχαμος ἀνδρῶν, Vid. ad Od. Ξ. 22. O. 64.

v. 351.

Supra v. 266.

v. 352.

Διὶ δ' εὔχεται αἰεὶ, Jovi autem vota facit ſemper.

v. 353.

Θυμὸν ἀπὸ μελέων φθίσθαι, Ut anima e corpore pereat, i. e. ut moriatur, ſc. precatur ſibi. φῆς δ' ἄλλον φθίσθαι, Od. Ξ. 117.

v. 354.

Ἐκπάγλως γὰρ παιδὸς ὀδύρεται οἰχομένοιο, Nimium quantum enim luget filium abſentem. ἐκπάγλως, Od. Λ. 559. Σ.

v. 355.

Κουριδίης ἀλόχοιο, Vid. ad Od. Ξ. 245.

Λαέρτης ὀδύρεται κουριδίης ἀλόχοιο δαΐφρονος, Laertes dolet ob uxorem ſuam prudentem, quam olim virginem adoleſcens duxerat.

Ἥ ἑ μάλιστα Ἤκαχ' ἀποφθιμένη, quæ eum maxime Gemere fecit, cum moreretur ea: de Laerte, cum ei moreretur uxor.

v. 356.

Ἤκαχ', pro Ἤκαχε· ἀποφθιμένη, Contriſtavit eum mortua, die ihn durch ihren Tod ſehr betrübet hat. μέγα δ' ἤκαχε λαὸν Ἀχαιῶν, valde triſtem fecit populum & exercitum eorum, cum caderet ipſe, Il. Π. 822. ᾧ κε θανόντι περ ὧδε ἀκαχοίμην, non ſane ſic gemerem, ſi vel mortuus eſſet, Od. Α. 236. αὐτοῦ κε ἔνθα ἀκάχοιτο καθήμενος οἶος, illic ſane ibi triſtaretur ſedens ſolus, Il. Θ. 207.

Ἀποφθιμένη, mortua. ἀπέφθιτο, ſupra v. 268.

Ἐν ὠμῷ γήραϊ θῆκεν, in cruda ſenectute poſuit, i. e. ſenem

ſenem eum fecit triſtitia & mœrore ante annos: ut notet ἄωρον πέπανεν, παρὰ καιρὸν, ὡσεὶ καρπός τις πεπανθείη καταπεσεῖν: ſicut pomum maturum quidem videtur, ſed non eſt, quando a verme interno eſt adroſum; cum alia ſana poma circa illud ſunt plane acerba adhuc. Sed ὁ ὠμογέρων aliud notat, *ſc.* τὸν προπόλιον, qui canos habet in vegeta ſua ætate. ὀπλαλέα τε καὶ ὠμὰ κρέα, *Od.* M. 396.] Πρὸ ὥρας γηρᾶσαι ἐποίησεν, διὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην. *Schol.* Ceterum *Euſtathius* in Commentario citat, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν. CLARK. Non bene vertitur: *in cruda ſenectute.* Nam *cruda ſenectus* eſt vegeta, quæ vires & alacritatem retinet, quæ opponitur *effœtæ*: unde ὠμογέρων, apud Homerum, *Il.* Ψ. 791. ſenex, qui adhuc validus eſt. Senſus eſt: & ante tempus ſenem fecit, ſenectutem maturavit. ERN.

v. 357.

Ἡ δ' ἄχει οὗ παιδὸς ἀπέφθιτο, Illa autem luctu ob filium ſuum periit.

Κυδάλιμος, ſupra *v.* 5.

v. 358.

Λευγαλέῳ θανάτῳ, de ſuſpendio. Vide ad *Od.* E. 312.

Ὡς μὴ θάνοι, tali morte ne pereat; ſuſpendio enim ſe ipſa necaverat.

Ὅς τις ἔμοιγε — φίλος εἴη, καὶ φίλα ἔρδοι, quicunque mihi — carus ſit, & amica faciat mihi.

v. 360.

Ἀχέουσά περ ἔμπης, licet dolens omnino. ἔμπης *h. l.* aſſiduitatem & diuturnitatem notat. Vid. ad *v.* 214.

v. 361.

Μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι, *Od.* Γ. 69.

v. 362.

Κτιμένη, ης, ἡ, ſoror Ulyſſis.

Τανύπεπλος, *Ctimenæ* Epith. Vide ad *v.* 171.

v. 363.

Ἴφθιμος, *Od.* M. 452.

Τὴν ὁπλοτάτην τέκε παίδων, quam poſtremam pepeꝛit natorum. ὁπλότατος, *Od.* A. 282.

v. 364.

Τῇ ὁμοῦ ἐτρεφόμην, Cum ea in uno loco educatus ſum.

Ὀλίγον

Ὀλίγον δέ τι μ' ἧσσον ἐτίμα, pauxillum autem me minus æſtimabat, ſie hielte mich nur gar wenig geringer. αἴθ' ὅσον ἥσσων εἰμὶ, τόσον σέο φέρτερος εἴην, utinam, quantum ſum inferior te, tantum præſtantior te eſſem: inferior dignitate, fortior factis, *Il.* Π. 722. ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους, deteriores & minus eminentes equos, *Il.* Ψ. 322.

v. 365.

Ἐπεὶ ῥ' ἥβην πολυήρατον ἱκόμεθ' ἄμφω, poſtquam ad pubertatem exoptatiſſimam pervenimus ambo. πολυηράτου ἐς γάμου ἔλθῃ, ſupra v. 126.

v. 366

Τὴν μὲν ἔπειτα Σάμηνδ' ἔδοσαν, Eam virginem poſtea in Samum nuptum elocarunt.

Καὶ μυρί' ἕλοντο, ſc. ἕδνα, & innumera *dona* accipiebant.

v. 368.

Ἀμφίπολος —, ſc. hera me. *Od.* E. 264.

Ὑπόδημα, ατος, τὸ, calceamentum: quod Homerus multo ſæpius vocat τὸ πέδιλον.

v. 369.

Ἀγρόνδε προΐαλλε, In agrum me miſit; ut ibi habitarem. προΐαλλε συβώτης αἰεὶ σιάλων τὸν ἄριστον, *Od.* Ξ. 18. Κηρόθι, *Od.* Λ. 207.

v. 370.

Νῦν δ' ἤδη τούτων ἐπιδεύομαι, Nunc vero mihi hæc deſunt. Notat ergo hoc verbum *propr* defectu aliquo laboro, alligatus ſum defectui alicui. ich bin bedürftig. ἢ ἔτι καὶ χρυσοῦ ἐπιδεύεαι; num jam & auro indiges? *Il.* B. 229. πολλὸν κείνων ἐπιδεύεαι ἀνδρῶν, multum inferior es illis viris, es fehlet bey dir noch viel bis zu ſolchen Männeren, *i. e.* ehe du ein ſolcher wirſt, *Il.* E. 636. μάχης ἐπιδεύομαι, in pugnando deeſt mihi aliquid, in pugnando ſum inferior aliis, *Il.* Ψ. 670. οὐ γάρ τι μάχης ἐπιδευέτ' Ἀχαιῶν, non ſane pugnando inferior erat Achæis, *Il.* Ω. 385.

v. 371.

Ἀλλά μοι αὐτῷ ἔργον ἀέξουσιν μάκαρες θεοὶ, ſed mihi ipſi Rem meam ruſticam augent & fortunant beati Dii, ſie ſegnen meine Arbeit. Vid. ad *Od.* Ξ. 66.

Ὦ

Ὦι ἐπιμίμνω, Vid. *ibid.*

v. 372.

Τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε, καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα, De his comedi & bibi, & dedi venerabilibus, *ſc.* hoſpitibus *aut* mendicis, ἀνδράσιν αἰδοῖς ἀξίοις, ξένοις δηλαδὴ καὶ ἱκέταις. nam *h. l.* τὰ αἰδοῖα non debent intelligi, ut improbi homines explicare conantur, licet alibi, ſi quis Sardanapalus loquens induceretur, ſic poſſet intelligi. Conf. BOS *Ell. Gr. ſub voce* Ξένος.

v. 373.

Μείλιχον — ἔπος, ſuave — verbum, ſie gibet einem kein erquikend Wort. πᾶσιν γὰρ ἐπίςατο μειλιχος εἶναι, de Patroclo: er wußte ſich gegen jedermann holdſelig zu beweiſen, *Il.* P. 671. ſic de eodem *Il* T. 300.

Ἐκ δ' ἄρα δεσποίνης ἐ μείλιχόν ἐςιν (licet, poſſibile eſt) ἀκῦσαι Οὔτ' ἔπος, ὔτε τι ἔργον. ἀκῦσαι pertinet ad ἔπος: ad ἔργον ſubſtituendus alius infinitivus, e. c. ἰδεῖν, ἢ μαθεῖν, ἢ γνῶναι, aut ſimilis his.

v. 374.

Κακὸν ἔμπεσεν οἴκῳ, *Od.* B. 45.

v. 375.

Μέγα δὲ δμῶες χατέυσιν Ἀντία δεσποίνης Φάσθαι, valde autem & omnino ſervi egent facultate Cum domina loquendi hoc tempore: omnino privati ſunt ea facultate, & deſiderant eam. μάλα περ χατέυσιν ἱκέσθαι, *Od.* N. 280.

v. 376.

Ἀντία δεσποίνης φάσθαι, καὶ ἕκαςα πυθέσθαι, Coram regina ſua loqui, & omnia explorare, *ſc.* ſervi valde carent hac libertate.

v. 378.

Οἷά τε θυμὸν ἀεὶ δμώεσσιν ἰαίνει, qualia animum ſemper ſervis exhilarant. πᾶσιν ἐνὶ Φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη, *v.* 165.

v. 380.

Ὡς ἄρα τυτθὸς ἐὼν, ſic parvulus tu,] Non hic vacat iſtud ἄρα, ſed vim habet in connectenda ſententia cum eo, quod præceſſit *v.* 362. Οὕνεκά μ' αὐτὴ θρέψεν, *&c.* CLARK.

v. 381.

Πολλὸν ἀπεπλάγχθης σῆς πατρίδος ἠδὲ τοκήων, Multum remotus

remotus es a patria & parentibus tuis, du biſt weit verſchlagen. νῆσυ ἀποπλαγχθένλας, *Od.* M, 285.

v. 382.

Od. Λ. 369.

v. 383.

Διεπράθεῖο πόλις, everſa & direpta eſt urbs. Vid. ad *Od.* N. 316.

Πόλις ἀνδρῶν εὐρυάγυια, Ex *h. l.* apparere videtur, omnes urbes antiquiſſimis temporibus latis plateis fuiſſe ædificatas. *Troja* ſine nomine proprio velut καῖ' ἐξοχὴν aliquam ſic appellatur *Od.* Δ. 246.

v. 385.

Σὲ μουνωθένῖα, te ſolum relictum, te ſolum verſantem. δείδω, μή τι πάθῃσι μονωθεὶς, *Il.* Λ. 470.

v. 386.

Ἄνδρες δυσμενέες νηυσὶν λάβον, *pro* ἔλαβον, Hoſtes navibus advenientes ceperunt te.

Ἐπέρασσαν, vendiderunt transportatum: nam in eadem terra captus ejuſmodi nullo modo erat vendibilis; hinc in alienam transferri, ibique vendi debebat. κεῖθι δέ μ' ἐς περάσῃσι, *Od.* Ξ. 297.

v. 387.

Ὁ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν, & ille dignum pretium pro te dedit, emit te ſibi. Vid. *ibid.*

v. 389.

Od. H. 243.

v. 390.

Σιγῇ νῦν ξυνίει, loquitur Eumæus ad hoſpitem: Quiete nunc percipe ea, quæ me interrogas, In ſilentio nunc audi *vel* auſculta, vernimm in der Stille. σιγῇ, *Od.* N. 76. Ξυνίει, *Od.* Θ. 241.

Τέρπεο, delectare, oblectare, *vel* oblecta te interim, dum ego narro. *Od.* Ξ. 443. τέρπεο τοῖσδε.

v. 391.

Αἵδε δὲ νύκῖες ἀθέσφαῖοι, *i. e.* μάλα μακραί. σῖτος ἀθέσφαῖος, *Od.* N. 244.

Ἔςι μὲν εὕδειν, licet cubitum ire.

v. 392.

v. 392.

Ἔϛι δὲ τερπομένοισιν ἀκούειν, Fieri etiam commode poteſt, ut inter oblectandum audiamus nos invicem.

v. 393.

Πρὶν ὥρη, Ante tempus.

Καταλέχθαι, per Sync. pro καταλέγεσθαι, decumbere; cubitum ire. ἔνθ' Ὀδυσεὺς κατέλεκτο, Od. Ξ. 520.

Ανίη καὶ πολυς ὕπνος, moleſtus ſeu tædii plenus etiam eſt multus & nimius ſomnus, viel ſchlafen iſt auch verdrieslich. ἀπεχθέϊ ἀνίην, Od. Μ. 223.] Le bon Eumée débite ici un Aphoriſme de Medecine, mais un Aphoriſme que l'experience enſeigne. Le trop long ſommeil fait le même effet que les trop longues veilles; car il épuiſe & diſſipe les eſprits. *Hippocrate* a dit encore plus fortement qu'*Homere*: Le ſommeil & les veilles, quand ils ſont exceſſifs, ſont une maladie. *Aphoriſm. Liv. VII.* DAC. Vid. etiam LENNEP *Animadv. ad Coluth. p.* 121.

v. 394.

Ὅτινα, *Jon.* & *Poët.* pro ὅντινα; quem, quemcunque: ſic *Od.* Θ. 204.

v. 395.

Εὑδέτω ἐξελθών, exeat cubitum.

v. 396.

Ἀνακτόριος, ία, ιον, herilis, ad herum pertinens. ab ἄναξ, ακτος, ὁ, dominus.

Ἅμ' ὕεσσιν ἀνακτορίῃσιν (pro ἀνακτορίαις, i. e. δεσποτικαῖς) ἑπέσθω, una cum porcis herilibus exeat, paſtum *ſcil.*

v. 398.

Κήδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα, Ærumnis noſtris invicem narrandis oblectemus nos.

Κήδεσιν — λευγαλέοισι, Laboribus & ærumnis — pericoloſiſſimis. λευγαλέῳ θανάτῳ, ſupra *v.* 358.

v. 399.

Μνωομένω, Nos ambo in memoriam revocantes nobis, Recordando ſecure. ὅς μοι ὕπνον ἀπεχθαίρει καὶ ἐδωδὴν μνωομένῳ, qui mihi, recordanti ejus, inviſum facit ſomnum & cibum. pro μνωομένῳ, *contr.* μνωμένῳ, *Poëtice* interſerto ο, *Od.* Δ. 106.

— μετὰ

— — μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνήρ,
Ὅστις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ, — —
— — etiam in ærumnis, earumque recordationibus,
diverticulum animi invenit homo,
Qui multa paſſus eſt, — —

Μεταλέρπομαι, poſſit per Tmeſin eſſe, ut notet, poſt oblecto me, poſt fruor, reſpicio rem actam cum voluptate; & ut ſenſus ſit: Exantlati & præteriti labores ſunt jucundi memoratu.] Alii: μετὰ γὰρ καὶ ἐν ἄλγεσι. Seneca: Quæ fuit durum pati, Meminiſſe dulce eſt. Herc. Fur. v. 656. Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Cicero ad Familiares, Lib. V. Epiſt. 12. Quid ſi etiam jucunda memoria eſt præteritorum malorum? — Vulgo enim dicitur, Jucundi acti labores. Nec male Euripides — Suavis laborum eſt præteritorum memoria. Cicero, de Finibus. Lib. II. §. 32. Vide & Gatakeri Annotat. in Antonin. Lib. VIII. §. 36. CLARK.

v. 400.

Ὅστις πόλλ' ἐπαληθῇ, qui circum multa loca vagatus ſit. neutrum eſt adverbialiter. Vide ad v. 176.

v. 401.

Supra v. 389.

v. 402.

Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, Inſula quædam Syria nominatur. Οὔτιν δέ με κικλήσκουσι, Od. I. 366.

Συρία, ας, ἡ, inſula, una τῶν Κυκλάδων, quæ & ἡ Σῦρος, patria Eumæi, obſcurior reliquis. Ex ea fuit & ὁ Φερεκύδης, Præceptor Pythagoræ. Sita eſt ſupra Delum.

v. 403.

Ὀρτυγία, ας, ἡ, eadem quæ ἡ Δῆλος, μία τῶν Κυκλάδων.

Τροπή, ῆς, ἡ, converſio, abitio, fuga. nam τρέπεσθαι notat &, vertere tergum, vertere ſe ad aufugiendum. ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο, i. e. κειμένη πρὸς τροπὰς ἡλίου, i. e. πρὸς τὰ δυτικὰ μέρη τῆς Ὀρτυγίας, ſita ad eas partes Ortygiæ, quibus Sol a nobis abit, ad occidentem. Ergo τρέπεσθαι ponitur & ἐπὶ τοῦ δύνειν, de occaſu Solis: ut apparet ex eo, quod de Sole dicat Poëta alibi, ἀπεχόμενοθεν προτραπῆναι. Poſt meridiem Sol nobis quaſi tergum obvertit & abit a nobis; ſicut ante meridiem facie obverſa accedit ad nos.

RICC. *Diſſ Hom. Tom. III. Append. §. XIV. An alicujus horologii Homerus meminerit.* Cum Eumæus ſubulcus conditionem ac fortunam ſuam Ulyſſi ſub forma ſenis mendici apud ſe diverſanti patefaceret, narraretque, ſe advectum ad Laërtem ex inſula *Syria*, hanc *ſupra Ortygiam* ait *ſitam eſſe, ubi fiunt Solis converſiones*, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο. Quod vero cenſuit *Euſtathius* ſignificari *h. l.* ſitam eſſe Syriam ad Occidentem, reclamat *Bochartus*, oſtenditque falſam hujuſmodi interpretationem. Eumæo enim loquenti in agro Ithacæ Syria una ex Cycladibus non erat ad Occaſum, ſed ad Orientem ſita. Veriſimilior igitur altera eſt *ejusdem Euſtathii* explicatio, quod ſcil. in Syria antrum eſſet, ubi *converſiones Solis* oſtenderentur. Si id habeatur verum, hoc plane horologii ſolaris vetuſtiſſimum omnium eſt teſtimonium. Syria nomen habuiſſe fertur a Phœnicibus, qui videntur feciſſe in eo antro quadrantem, quo notarentur ſolſtitia, non autem horæ; nam primum horologium ſolare horas deſignans occurrit in hiſtoria Achazi anno centeſimo viceſimo ſexto poſt *Homerum*. Aliqui auctorem quadrantis in Syria faciunt Phere ydem ducentis poſt *Homerum* annis; ſed *Heſychius Mileſius* teſtatur non fuiſſe auctorem, ſed peritum factum eſſe ex aliquo libro Phœnicum, quem reperit. Ceterum *Homerus* facit Horas portarum cœli cuſtodes. Videntur nomen ducere ab Horo, qui Sol eſt. Antequam eſſent horologia ſolaria, aliaque, conſuevere horas definire Veteres operibus ſive agreſtibus, ſive etiam forenſibus. Vid. etiam CLERICI *Art. Crit. Tom. I. P. II. S. I. C. XIV. Reg. XIII.* §. 5.

v. 404.

Περιπληθὴς, έος, ὁ, ἡ, plenus multitudine hominum extraordinaria & admirabili, πολυάνθρωπος: nam περὶ auget ſupra modum. ex περὶ & πλῆθος, εος, τὸ, multitudo plena numeri.

Οὔτι περιπληθὴς λίην τόσον, Non nimis abundans *vel* frequens hominibus, nicht ſo gar ſehr volkreich. ſic νήπιος λίην τόσον, doch gar zu ſehr einfältig, *Od.* Δ. 371.

v. 405.

Εὔβοτος, ου, ὁ, ἡ, pecoribus alendis aptus, wo gute Weide

Weide iſt. paſcuis abundans in ſpecie tamen, bubus paſcendis aptus, gut vor Rindvieh. εὔβοτος, εὔμηλος. quanquam non opus eſſe videtur ſpeciali determinatione iſta: nam εὔβοτος eſt antecedens, paſcuis bonis abundans; εὔμηλος eſt conſequens, ergo, pecoribus alendis commoda terra.

Ἔυμηλος, ου, ὁ, ἡ, bonus paſcendis ovibus. Epith. *regionis fertilis*, a ſpecie aliqua pecorum. in genere talis regio dicitur εὔβοτος, bona paſcendis pecoribus. εὔβοτος, εὔμηλος, de inſula Syria.

Ὀινοπληθὴς, έος, ὁ, ἡ, vino abundans, vini ferax, weinreich.

Πολύπυρος, Od. Ξ. 335.

Hic ſunt laudes omnes terræ armento, pecore, vino, frumento, abundantis.

v. 406.

Πεῖνα, *Jon.* πείνη, ης, ἡ, fames. a πένομαι, nam & ipſa fames eſt magna moleſtia, & cogit ad operas faciendas.

Πείνη δ' ὔποτε δῆμον ἐσέρχεται, ὐδέ τις ἄλλη Νῦσος, Fames autem nunquam ad populum ingreditur, neque ullus alius morbus. Salubritas & felicitas inſulæ hic prædicatur: & conjungit Poëta πεῖναν cum νόσῳ. quia ex fame plerumque ſequitur morboſitas. hinc & apud *Heſiodum* λιμὸς καὶ λοιμὸς juncti.

v. 407.

Νῦσος — συγερὴ, Morbus — contriſtans, & gravis, & morti adfinis. συγερὴν ἐδὸν, *Od.* Ξ. 235.

Ὀυδέ τις ἄλλη Νῦσος ἐπὶ συγερὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν, neque ullus alius Morbus odioſus invadit homines, & miſeros facit. *coll.* 406. ἐσέρχεται, quod notat idem. Vid. ad *Od.* N. 60.

v. 408.

Ὅτε γηράσκωσι, quando conſenuerunt.

Πόλιν κάτα φῦλ' ἀνθρώπων, in civitate homines. Vid. ad *Od.* H. 307.

v. 409.

Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων] C'eſt pour dire qu'ils meurent

 rent

rent en un moment ſans aucune maladie, & comme par un doux ſommeil. DAC.

v. 410.

Καλέπεφνεν, occidere ſolet eos Apollo & Diana, *i. e.* placida morte moriuntur ex ſenectute.

v. 411.

Δίχα δέ σφισι πάντα δέδασται, in duas autem partes omnia diviſa ſunt, *ſc.* inter has duas urbes omnis ager in duas æquas partes. κλήματα δασσάμενοι, ſupra *v.* 13.

v. 412.

Τῇσιν δ' ἀμφοτέρῃσι πατὴρ ἐμὸς ἐμβασίλευε, In his vero ambabus pater meus rex erat.

v. 413.

Ἐπιείκελος ἀθανάτοισι, ſimilis Diis, *Il.* A. 265.

v. 414.

Φοίνικες ναυσίκλυτοι, *Od.* N. 166.

v. 415.

Τρῶκται, Vafri lucrorum ſtudioſi, Phœnices. Vid. ad *Od.* Ξ. 289.

Μυρί' ἄγοντες ἀθύρματα νηὶ μελαίνῃ, innumeras agentes elegantes merces in navi nigra.

Ἄθυρμα, ατος, τὸ, luſus puerilis; quod puer facit per luſum, & quo luſitans delectatur, Kinderſpiel. παῖς ποιεῖ ἀθύρματα νηπιέῃσιν, facit ludens quædam opera ex infantili ſimplicitate, e. c. ſi murum aut vallum ædificat ex arena, &c. *Il.* O. 363. *Deinde* etiam ſic vocantur omnia ea opera, quibus carere poſſumus, & quibus delectantur leves animi; Spielwerk, ſchöne bunte Sachen. Sic Eumæus ſeverus vocat *h. l.* omnes elegantias minutulas, quibus fœminæ gaudent, μυρί' ἄγοντες ἀθύρματα νηὶ, mercatores, advehentes navi innumera ludicra, κόσμια, φύσει μὲν ἀθύρματα ὄντα, ταῖς μέν τοι γυναιξὶ σπουδαῖα, quale eſt ille χρύσεος ὅρμος, *v.* 459. *ſqq.* Ab ἀθύρω, circumcurro luſitans, actuoſus ſum pueriliter. nam *propr.* de pueris hoc verbum dicitur. ab α intenſ. & θύω, feror cum impetu aliquo, curſito; interſerto ρ. Eſt ergo, ago pueriliter ſine conſilio ulteriori.

v. 417.

Ἀγλαὰ ἔργ' εἰδυῖα, præſtantium operum perita, *Od.* N. 289.

v. 418.

v. 418.

Πολυπαίπαλος, ὁ, ὁ, ἡ, verſutus, aſtutus, vafer. Φοίνικες πολυπαίπαλοι, Phœnices valde vafri, verſutiſſimi, callidiſſimi : utpote negotiatores per omnia maria omnesque terras iis temporibus. in ſenſu tamen mitiſſimo accipiendum Epith. ingenioſiſſimi : nam *Homerus* non ſolet male dicere ; multo minus, ſi de gente tota, eaque nobili, ſermo eſt. ex πολὺς & παιπάλη, ης, ἡ, *propr.* λεπτότατον ἄλευρον, pollen, fein Mähl. *deinde* & τέφρα, ἡ, cinis tenuis. quod a πάλη, ης, ἡ, quod iſta duo notat : a quo per reduplicationem & productionem primæ ſyllabæ fit παιπάλη. *Metaph.* de aſtutia ponitur, *fineſſe.*

Ἠπεροπεύω, *Od.* Ξ. 400.

v. 419.

Πλυνούσῃ τις πρῶτα μίγη, *pro* ἐμίγη, Cum ea, cum veſtes lavaret, quidam primum coiit. De ancilla nobili, quæ veſtes lavabat ad mare, ibique a nautico homine ad Venerem illiciebatur : & hæc hanc lavationem δουλικῶς peragebat. Vid. ad *Od.* Ζ. 93.

v. 420.

Εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη τις πρῶτα πλυνούσῃ, cum lavante ad littus maris primum concubuit aliquis ex navi. μνηστήρεσσιν ὑπερφιάλοισι μιγείην, ſupra *v.* 314.

Τά τε φρένας ἠπεροπεύει κ. τ. λ. quæ res, *ſc.* Venereæ, decipiunt mentes fœminarum, *vel* in fraudem inducunt & corrumpunt animum mulierum, ut tali viro adhæreant nimis.

v. 421.

Θηλυτέρῃσι γυναιξὶ, κ. τ. λ. *Od.* Λ. 433.

v. 422.

Εἰρώτα, Interrogabat.

v. 423.

Πατρὸς ἐπίφραδεν ὑψερεφὲς δῶ, *Od.* Κ. 111. & 549.

v. 424.

Σιδὼν, ῶνος, ἡ, urbs celeberrima Phœniciæ.

Πολύχαλκος, Epith. *Sidonis*, ubi multæ erant nobiles officinæ fabriles metallicæ : ſimul & per æs fortaſſe indicatur

dicatur pecunia, qua abundare poterat iſta urbs ob purpuram ſuam egregiam, quæ per omnem orbem in ſummo erat pretio una cum Tyria purpura. Poſſit ſimul & intelligi ἡ ὀχυρὰ, ἡ στερρά, ob munitiones ſuas: ſed primum præſtat. οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, *i. e.* στερεὸν, *Il.* E. 504 *Od.* Γ. 2 qui alibi ob eandem incorruptibilitatem dicitur σιδήρεος: ſimul &, quia ſidera in eo firmiter adfixa hærent, ex opinione ſenſuali.

v. 425.

Ῥυδὸν, *adv.* affluenter, abundanter. dicitur & ῥύδην. a ῥύω, *idem quod* ῥέω, fluo.

Ῥυδὸν ἀφνειοῖο, admodum divitis, τοῦ χύδην πλουτοῦντος καὶ ἐπίῤῥοιαν πλούτου ἔχοντος.

v. 426.

Ἀλλά μ' ἀνήρπαξαν Τάφιοι, Sed me abripuerunt Taphii.

Ληΐστωρ, ορος, ὁ, *idem qui* ληϊστὴρ, ῆρος, ὁ, prædator, ein Beuthemacher. ληΐστορες ἄνδρες, piratæ, prædones.

v. 427.

Ἀγρόθεν ἐρχομένην, Ex agro redeuntem.

Πέρασσαν δέ με δεῦρ' ἀγαγόντες, vendideruntque me huc ducentes. Vid. ad *v.* 386

v. 428.

Ὁ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν, & ille emit me ſibi. Vid. ad *v.* 387.

v. 429.

Ὅς ἐμίσγετο λάθρῃ, qui coierat cum ea clam.

v. 430.

Ἄμ' ἡμῖν οἴκαδ' ἕποιο, nobiscum domum poſſes ire.

v. 432.

Ἦ γὰρ ἔτ' εἰσὶ, certe enim vivunt adhuc.

Ἀφνειοὶ καλέονται, habent famam divitum: ſunt divites, & eo nomine celebrantur.

v. 434.

Εἴη κεν καὶ τοῦτ', das mag dann auch ſeyn. pro ἔσται.

Εἴ μοι ἐθέλοιτέ γε, ναῦται, ſi mihi volueritis quidem, nautæ.

v. 435.

Ὅρκῳ πιστωθῆναι, Jurejurando mihi fidem dare, πίστιν δοῦναι δι' ὅρκου, mihi fide digni & certi fieri juramento interce-

tercedente, wann ihr durch einen Eid euch bey mir zuverläßig machen wollet. dato jurejurando fidem de vobis facere: nam πιςῶσθαί τινι eſt, fidum exiſtimari alicui. χεῖρας δ' ἀλλήλων λαβέτην καὶ πιςώσαντο, manus ſuas invicem capiebant ambo, & fidem ſibi dederunt, ſie gaben ſich dadurch zuverläßige Verſicherung, *Il.* Z. 233. χεῖρα δὲ χεῖρα λαβόντες ἐπιςώσαντο ἔπεσιν, manu manum ejus prehendentes fidem dederunt verbis, *Il.* Φ. 286.

'Απήμονά μ' οἴκαδ' ἀπάξειν, vos illæſam me domum ducturos eſſe. ἀπήμων, *Od.* N. 174.

v. 436.

'Απώμνυον, ὡς ἐκέλευεν, jurabant, ſicut juſſit. Vid. ad *Od.* M. 303.

v. 437.

Τελεύτησάν τε τὸν ὅρκον, und dieſen Eid völlig abgelegt hatten, *ibid.* 304.

v. 439.

Σιγῇ νῦν, *i. e.* ἐν σιγῇ μένετε, Sinite omnia tecta & tacita eſſe: & eſt formula Elliptica imperandi ſilentium; ἐν σιγῇ ἔχετε τὸν μῦθον. Alii legunt: Σιγὴ νῦν, *ſc.* ἔςω. σιγῇ νῦν ξυνίει, ſupra *v.* 390.

v. 440.

Συμβλήμενος ἢ ἐν ἀγυιῇ, occurrens aut in via publica. ξυμβλημένος ἄλλος ὁδίτης, *Od.* A. 126.

v. 441.

Ἤ που ἐπὶ κρήνῃ, Aut forte apud fontem, quando aquam peto.

v. 442.

'Εξείπῃ, eloquatur, indicet.

'Ο δ' ὀϊσσάμενος καταδήσῃ, & ne ille, ſuſpicans aliquid & præſagiens, vinciat me. Vid. ad *Od.* K. 258.

v. 443.

Δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ, ſupra *v.* 232.

Ὑμῖν δ' ἐπιφράσσετ' (*pro* ἐπιφράσσεσθαι, fut. 1. Med. cum σ *Poëtice* duplicato,) ὄλεθρον, nam is vobis ſtruet mortem. Vid. ad *v.* 423.

v. 444.

Ἔχετ' ἐν φρεσὶ μῦθον, tacete de re tota; nam eſt παραίνεσις ἐπὶ μνηςηριασμῷ.

'Επείγετε δ' ὤνον ὁδαίων, *i. e.* ἐπισπεύδετε τὴν τῶν ἐφοδίων ἐξώνησιν, & feſtinate emtionem viaticorum in navem, ut ea dato pretio, & permutando merces veſtras contra ea, cito comparetis: feſtinate emtionem mercium in hoc itinere comparandarum, beſchleuniget eueren Handel. ὁ δ' ἄξιον ὦνον ἔδωκεν, ſupra *v.* 428

'Οδαίος. ἐπίσκοπος ὁδαίων, *Od.* Θ. 163.

v. 445.

Νηῦς πλείη βιότοιο, navis plena opum, voll Güter geladen.

v. 447.

Οἴσω γὰρ καὶ χρυσόν, Afferam enim & aurum.

'Υποχείριος, ὁ, ὁ, ἡ, qui ſub manum venit.

Ὅττις κ' (*pro* κε) ὑποχείριος ἔλθῃ, ſi quod mihi ſub manus venerit. *coll.* 465 — 469. nam ſermo eſt de ancilla, fugam parante, quæ compilare vult dominum, quacunque ratione poteſt.

v. 448.

'Επίβαθρον; ου, τό, merces, quæ datur ob vecturam in navi, Fahrgeld, Transportgeld, ναῦλος, μισθὸς ἐπιβάσιος νηός.

Καὶ δέ κεν ἄλλ' ἐπίβαθρόν ἐγὼν ἐθέλουσά γε δοίην, Et aliud etiam pretium pro vectura lubens ſane dederim.

v. 449.

Παῖδα γὰρ ἀνδρὸς ἐῆος ἐνὶ μεγάροις ἀτιτάλλω, Filium enim viri boni & nobilis in domo educo: inquit ancilla honeſta. Φωτὸς ἐῆος, *Od.* Ξ. 505.

Παῖδα — ἀτιτάλλω, Puerum — nutrio, ich warte einen kleinen Sohn. χῆνα ἀτιταλλομένην ἐνὶ οἴκῳ, ſupra *v.* 174.

v. 450.

Κερδαλέον παῖδα, Ingenioſum puerum & facetum; *immo &*, qui prodeſſe vobis poſſit, ſi venderetis eum. κερδαλέος κ' εἴη, *Od.* N. 291.

Κερδαλέον δὴ τοῖον, Catum ſic & curioſum, *ſc.* ut ſolent eſſe pueri ingenioſi.

'Αμαῖροχάω, una curſito, ich will immer mit lauffen.

Παῖδα, ἀμαίροχόωντα θύραζε, puerum, una curſitantem foras. *pro* ἀμαιροχῶντα, diſtracto circumflexo; ἀκολουθητικόν,

ϑηλικὸν, der überall mit gehen will. etiam, δυνάμενος ἅμα σὺν ἐμοὶ τρέχειν, qui valet una ire. a τρέχω.

v. 451.

Ὁ δ' ὑμῖν μυρίον ὦνον ἄλφοι, is puer vobis, ſi vendatis eum, ſatis magnum pretium Inveniat: care vendere eum poſſitis. ἐπειγέ[illegible] δ' ὤνον ὁδαίων, ſupra v. 444.

v. 452.

Ἄλφοι ὑμῖν μυρίον ὦνον, Inveniat vobis copioſum lucrum. ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον, pretium centum boum ego a te venditus tibi peperi: inquit captivus nobilis ad victorem ſuum, *Il.* Φ. 79.

Ὅπῃ περάσητε πρὸς ἀλλοθρόους ἀνθρώπους, ubicunque vendideritis transportatum ad peregrinos, quocunque transvexeritis eum ad extraneos. λάβον ἠδ' ἐπέρασσαν, ſupra v. 386. Vid. & ad v 427.

Πρὸς ἀλλοθρόους ἀνθρώπους. Vid. ad *Od.* Ξ. 43.

v. 455.

Ἐμπολέω, *quod* & ἐμπολάω, vertendo & permutando acquiro, emo & vendo, mercaturam emendo & vendendo exerceo. Nam id teneat lector, πολέω & πωλέω eſſe unum idemque verbum, ex contextu determinandum propius.

Ἐν νηὶ γλαφυρῇ βίοτον πολὺν ἐμπολόωντο, In navi ſua cava multum lucri, multum opum; permutando merces comparabant ſibi; nam ſermo eſt de mercatoribus. Eſt pro ἐνεπολάοντο, *contr.* ἐνεπολῶντο, qui circumflexus eſt diſtractus per inſertum ο, & augmentum omiſſum *Jonice.* ut ergo appareat, *h. l.* eſſe formam ἐμπολάομαι.

v. 456.

Ἀλλ' ὅτε δὴ κοίλη νηῦς ἤχθετο τοῖσι νέεσθαι, Sed quum jam cava navis onerata erat illis ad revertendum inde in patriam ſuam; & ſermo eſt de mercatoribus: ἐβαρύνετο φόρτῳ, gravis erat & preſſa onere, voll Ladung war. Alii legunt, ἤχετο, ab ἄχομαι. nam & τὸ ἄχος notat onus. λίαν ἄχθομαι (διὰ *vel* κατὰ τὸ) ἕλκος, valde doleo ex vulnere, *Il.* Ε. 361. & 354. ἀχθομένην ὀδύνῃσιν, valde afflictam doloribus; & ſermo eſt de Venere vulnerata; *i. e.* ſociis Æneæ, valde cæſis, dum eripiunt Ducem ſuum ex periculo. ἤχθετο γὰρ κῆρ, dolebat enim animo.

Il. Λ. 274. ἤχθετο γὰρ ῥα Τρωσὶν δαμναμένους, *ſc.* βλέπων, vel διὰ, dolebat enim certe & graviter ferebat, eos a Trojanis ſuperatos eſſe, *Il.* N. 352.

Ἄχθομαι, & ἀχθέομαι, moleſtia premor, gemo, ich bin beſchweret. ab ἄχομαι, interſerto θ. non de moleſtia animi ſola ponitur, ſed & de onere quovis, *e. c* ſi navis oneratur mercibus & hæc poſterior notio eſt orta ex priori, quæ eſt, doleo, premor.

v. 457.

Καὶ τότ' — ἄγγελον ἧκαν, Et tunc — nuncium miſerunt.

Ἀρ] *uti ipſis præceperat Mulier*, ſupra *v.* 446. CLARK.

v. 458.

Πολυΐδρις, ιος, ὁ, ἡ, multarum rerum peritus, multa peritia inſtructus, πολύπειρος, συνετός. ex πολυς & ἴδρις, ιος, ὁ, η, peritus, probe ſciens.

Μνηστῆρσιν θάνατον καὶ κῆρ' ἀραρόντε, procis mortem & fatum ſtruentes ambo. aor. 2. partic. quaſi τεκτήναντες, in ſenſu Metaphorico, ex τεκτονικῇ petito.

V. 170.

Ἔρχησθον προτὶ ἄστυ, Eatis ad urbem.

V. 171.

Οὐδ' ἐγὼ αὐτὴ δηρὸν ἀπὸ σφῶϊν ἔσομαι, neque ego ipſa Procul a vobis abero, *i. e.* juvabo vos. ἐπεί τοι ἐγὼν μὲν ἀπέσσομαι, *Od.* O. 514.

Μεμαυῖα μάχεσθαι, promta ad pugnandum.

V. 172.

Χρυσείῃ ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη, *Od.* N. 429.

V. 173.

Φᾶρος — εὔπλυνές, *ibid.* 67.

V. 174.

Δέμας δ' ὤφελλε καὶ ἥβην, corpus autem ei augebat & juvenilem ſtatum, ſie machte, daß er ſtärker und jünger ausſahe: compactiorem & ſucci pleniorem, & juniorem

niorem videri fecit eum. κείνε βύλεῖαι οἶκον ὀφέλλειν, *Od.* Ο. 21.

v. 175.

Μελαγχροιὴς, ἐος, ὁ, ἡ, *idem quod* μελανόχροος, ε, ὁ, ἡ. nigricante colore in cute, von ſchwarzlicher Haut, ſchwarzbraun. fuſco colore: & hic color eſt heroicus, braunlich und ſchön.

Αψ δὲ μελαγχροιὴς γένεῖο. Rurſus autem fuſcus colore fiebat, *ſc.* Ulyſſes, in ſuam propriam formam reſtitutus ex diſſimulatione. Hinc & τλήμων Ulyſſes dicitur, nam firmiora putantur corpora nigricantia, quam albida.

Γναθμοὶ δὲ τανυσθεν, genæ autem, quæ ante rugoſæ videbantur, extendebantur nunc, & plenæ reddebantur.

Γναθμός, *Il.* N. 671.

Τάνυσθεν, *pro* ἐτανύσθησαν, extendebantur, *ſc.* buccæ, ne eſſent rugoſæ amplius. *i. e.* ἐπεχύνθησαν οἱ πρὸ τετε ῥυσοί. ἐν δὲ ῥυῖῆρσι τανυσθεν ἵπποι, in loris extenſi ſunt equi: nam antea, quia lateralis equus tertius, jugalibus duobus adjunctus, conciderat vulneratus, etiam hos jugales turbaverat; ſed, abſciſſo eo, rurſus redibant illi duo equi ad ſtatum ſuum in loris, quibus currum trahebant, rectum & ordinatum, ut deinde & ἐπιτεῖαμένως currere poſſent: ſie ſtuhnden wieder gerad geſtrecket, und in die Höhe, *Il.* Π. 475.

v. 176.

Κυάνεαι — ἐθειράδες, Nigri — pili, Ulyſſis in capite & barba. κυανέην νεφέλην, *Od.* Ξ. 303.

Ἐθειράς, αδος, ἡ, *idem quod* ἔθειρα, ας, ἡ, coma, cæſaries, Hauptbaar.juba, die Mäne.

Κυάνεαι δ' ἐγένοῖο ἐθειράδες ἀμφὶ γένειον, Nigricantes autem facti ſunt pili circa mentum.

Γένειον, *Od.* Λ. 582.

v. 177.

Ὡς ἔρξασα, poſtquam ſic feciſſet.

v. 178.

Θάμβησε δέ μιν φίλος υἱός, der Sohn erſchrak über ihn voll Verwunderung. οἱ δ' ἀνὰ θυμὸν ἐθάμβεον, *Od.* K. 63.

v. 179.

v. 179.

Ταρβήσας δ' ἑτέρωσε βάλ' ὄμματα, er wendete erſchrocken die Augen ab, verens, ne hic Deus aliquis eſſet,] Comme Telemaque étoit encore enfant quand Ulyſſe partit pour Troye, il ne peut le reconnoître. C'eſt donc avec raiſon qu'une metamorphoſe ſi ſubite & ſi merveilleuſe lui perſuade, que ce n'eſt pas un homme, mais un Dieu. DAC.

Ταρβήσας, Conturbatus. μηδέ τι θυμῷ τάρβει, *Od.* H. 51.

Ἑτέρωσε βάλ' (pro βάλεν) ὄμματα, alio deflexit oculos, in alteram partem conjecit oculos, in aliam partem flectebat oculos, er ſahe weg, er ſahe anderswohin, ſahe auf die Seite. ἑτέρωσε φοβηθεν, in alteram diverſam partem fugiebant canes, ſupra *v.* 163.

Μὴ θεός εἴη, *de peur, que ce ne ſoit un Dieu*] Je m'étonne qu'*Euſtathe* ne ſoit point entré ici dans le veritable ſens de ces paroles. Ce que Telemaque dit eſt fondé ſur la crainte qu'avoient les premiers hommes quand ils voyoient quelqu'un des Dieux. Ils ſe croyoient ſi indignes de cette vûë, que quand cela leur arrivoit, & Dieu ſe manifeſtoit alors aſſez ſouvent aux hommes, ils ſe croyoient menacez de la mort, ou de quelque grand malheur. Nous en avons pluſieurs exemples dans l'Ecriture Sainte. Les Iſraëlites diſent à Moïſe: *Loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Exod. XV: 19. *Videnſque Gedeon, quod eſſet angelus Domini, ait: heu, mi Domine Deus, quia vidi angelum Domini facie ad faciem. Dixitque ei Dominus: pax tecum, ne timeas, non morieris.* Jug. VI: 22. Dans le même Livre des Juges, XIII. 22. Manué aiant vû l'Ange monter au ciel avec la flamme qui s'élevoit de l'autel, dit à ſa femme: *Morte moriemur, quia vidimus Deum.* C'eſt la même crainte qui fait que Telemaque croiant voir un Dieu, *détourne la vûë*, & dit: *Soyez-nous propice*, & enfin, *Epargnez-nous.* DAC.

v. 181.

Ἀλλοῖός μοι, ξεῖνε, φάνης νέον, ἠὲ πάροιθεν, In alia ſpecie mihi, hoſpes, te oſtendis jam, ac paullo ante: Alius mihi videris jam, quam ante: Alius mihi & totus muta-

mutatus in conſpectum venis jam, quam ante, du ſieheſt ganz anders jezt aus, als vorher. ἀλλοίῳ ἐπὶ ἔργῳ, alia tali in re, *Il.* Δ. 258.

Νέον eſt ergo ſæpe Germanorum nun, nunc, jam. Vid. ſupra ad *v.* 26.

v. 182.

Καί τοι χρὼς ὐκ ἔθ' (*pro* ἔτι) ὁμοῖος, & tibi eſt cutis habitu & colore jam non ſimilis, ac paullo ante erat. φθινύθει δ' ἀμφ' ὀστέοφιν χρὼς, minuitur autem circa oſſa corpus, ſupra *v.* 145.

Ὁμοῖος. δέμας ἀθανάτοισιν ὁμοῖος, *Od.* Θ. 14.

v. 184.

Ἀλλ' ἵληθ', (*pro* ἵληθι,) At propitius ſis, quisquis Deorum es. ſic & *Od.* Γ. 380. ἀλλὰ, Ἄνασσα, ἵληθι, *Jon.* pro ἵλαθι, at, o regina Minerva, propitia eſto.

Ἵνα τοι κεχαρισμένα δώσομεν ἱρὰ, ut tibi grata demus ſacrificia. κεχαρισμένα εἰδὼς, *Od.* Θ. 584.

v. 185.

χρύσεα δῶρα τετυγμένα, *i. e.* ἐσκευασμένα χρυσῷ. κρητῆρα τετυγμένον, *Od.* Ο. 115.

Φείδεο δ' ἡμέων, (*pro* ἡμῶν,) parce autem nobis, & clemens propitiusque eſto: inquit Telemachus ad creditum Numen. πεφιδοίμην, *Il.* Ι. 277.

v. 187.

Τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις; cur me Diis confers, & ſimilem putas? δέμας δ' ἤϊκτο γυναικὶ, ſupra *v.* 157.

v. 189.

Βίας ὑποδέγμενος ἀνδρῶν, *Od.* Ν. 310.

v. 190.

Υἱὸν κύσε, filium oſculatus eſt, Telemachum Ulyſſes. Κὰδ (*pro* κατὰ) δὲ παρειῶν Δάκρυον ἧκε χαμᾶζε, perque genas Lacrymam demittebat humi.

v. 191.

Χαμᾶζε, *Il.* Γ. 29.

Πάρος δ' ἔχε νωλεμὲς αἰεὶ, *ſc.* τὸ δάκρυον; antea enim cohibuerat lacrimas perpetuo, nec fleverat. μάρναθαι νωλεμὲς αἰεὶ, pugnare ſine requie interpoſita, *Il.* Ι. 317.

v. 192.

v. 192.

Ὀυ γάρ πω ἐπείθετο ὃν πατέρ' εἶναι, nondum enim fides ei facta erat, ſuum patrem eſſe hunc.

v. 193.

Ἐξαῦτις, Iterum, *Od.* M. 122.

v. 195.

Ἀλλά με δαίμων θέλγει, ſed me Deus Faſcinat *quaſi*, & in ſtuporem conjicit; er blendet mich; ut notet ἀπάτην, er machet mir ein Blendwerk, ut deinde ſequatur ἐπίτασις ὀδυρμοῦ. Vid. ad *Od.* Ξ. 387.

Ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω, *Od.* Α. 213.

v. 196.

Ὀυ γάρ πως ἂν θνητὸς ἀνὴρ τάδε μηχανόωτο, (pro μηχανάοιτο, *contr.* μηχανῷτο,) Non enim ſane mortalis talia conaretur, *vel* efficere poſſet. πολλοὶ γάρ ἐμοὶ κακὰ μηχανόωνται, ſupra *v.* 134.

v. 197.

Ὧι αὐτοῦ γε νόῳ, Suo ipſius quidem conſilio.

Ὅτε μὴ Θεὸς αὐτὸς ἐπελθὼν, niſi Deus ipſe accedens adjuvaret.

v. 198.

Ῥηϊδίως ἐθέλων θείη νέον, ἠδὲ γέροντα, Facile volens facere poſſit juvenem, & ſenem.

v. 199.

Ἦ γάρ τοι νέον ἦσθα γέρων, Certe enim modo *vel* paullo ante eras ſenex. & ſequitur Νῦν. Eſt ergo hic Romanorum *modo*, vor einem Augenblick. Vid. ad *v.* 181.

Ἀεικέα ἕσσο, turpes *aut* inhoneſtas veſtes indutus eras. ἀεικέα ἔργα, ſupra *v.* 107.

Ἕσσο, indutus eras. *pro* ἕσο, plusq. perf. Paſſ. cujus prima perſona eſt ἕμην.

v. 200.

Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικας, Nunc vero Diis ſimilis es.

v. 202.

Ὀυ σε ἔοικε —, non te decet] Confirmat Telemachum Ulyſſes de ſua præſentia, & ne eum diutius de hac tam ſubita ſua mutatione ſuſpenſum remoretur, monet eum, hoc eſſe Minervæ factum: atqui Diis cœleſtibus facile eſſe hoc præſtare, e quorum numero eſt etiam Miner-

Minerva. His ergo perſuaſus Telemachus patrem agnovit, & præ gaudio ejus videndî profuſe lacrymatus eſt. SPOND.

Πατέρ' ἔνδον ἐόντα, patrem, qui in domo eſt. Vid. ſupra ad *v.* 26.

v. 203.

Οὔτε τι θαυμάζειν περιώσιον, οὔτ' ἀγάασθαι, Neque mirari nimium, neque admirari: *vel* Neque mirari ſupra modum, neque obſtupeſcere, *ſc.* eam ob cauſam, quod tandem domi eſt: neque debes putare, quaſi Deus aliquis tibi ſub ejus nomine appareat. οὔτε σε νεικείω περιώσιον, nequaquam te reprehendo hoc meo clamore, ich begehre dich weder zu tadeln mit vielem Geſchrey, noch auch anzumahnen, οὔτε κελεύω, nec vitupero nec hortor te clamoſe. *Il.* Δ. 359. Apparet ex his locis, hoc neutrum adverbialiter poni *Metaphorice*, ut notet in genere μέγα, nimis, impenſe, mit viel Weſen, das man wovon machet.

Περιώσιος, ου, ὁ, ἡ, a περιαύω, circumſono, circa clamo: ut a θαυμάζω, fut. άσω, eſt θαυμάσιος: ſic a περιαύω eſt περιαύσιος; &, extruſo υ, περιώσιος; mutatio τοῦ αυ in ωυ eſt Jonica. Notat ergo τὸν ἐξάκουστον τῇ ἐκφωνήσει, qui circum auditur, περιβόητος.] Περισσὸν κατὰ τὸ προσῆκον. παρὰ τὸ ὅσιον, γίνεται περιώσιον, ἐκτάσει τοῦ ο εἰς ω. *Schol.*

Ἀγάασθαι, pro ἀγάεσθαι, *contr.* ἀγᾶσθαι. & diſtracto circumflexo per inſertum α, ἀγάασθαι. Vid. ad *Od.* E. 119. & 122.

v. 205.

Ἀλλ' ὅδ' ἐγὼ τοιόσδε, Sed hic ego talis, quem vides coram.

Πολλὰ τ' ἀνατλὰς, multisque toleratis. ἐπεὶ πόσα κήδε' ἀνέτλης, *Od.* Ξ. 47.

v. 207.

Ἀθηναίης ἀγελείης, *de Minerve qui preſide aux aſſemblées des peuples*] C'eſt ce que ſignifie cette Epithete ἀγελείης, qu'on donnoit à Minerve, pour faire entendre que c'eſt la Providence de Dieu qui conduit les peuples. DAC.

v. 208.

v. 208.

Ἤ τέ με τοῖον ἔθηκεν, ὅπως ἐθέλει, Quæ me talem facere ſolet, prout vult, *ſc.* Minerva, *i. e.* prudentia & & ars mea: Quæ me ita transformat; inquit Ulyſſes, depoſita perſona ad breve tempus, ut ſe indicaret filio ſuo, *coll. ſeqq.*

v. 209.

Ἄλλοτε μὲν πτωχῷ ἐναλίγκιον, Aliâs quidem mendico ſimilem.

v. 211.

Ῥηΐδιον δὲ θεοῖσι, Facilis enim eſt res Diis. ῥηΐδιόν τοι ἔπος ἐρέω, *Od.* Λ. 145.

v. 212.

Ἠμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν, ἠδὲ κακῶσαι, Aut honeſtare hominem, aut adfligere & vilem facere: Aut extollere & honoratum facere mortalem, aut deteriorem & turpem & inhoneſtum facere, herrlich oder ſchlecht zumachen.

Κυδαίνειν ergo præcellentiam ſignificat tributam. & *h. l.* id fiebat per tributam formam majeſtaticam: cum nimirum Ulyſſes, aperiens ſe filio, perſonam turpem deponeret. Semper ergo ἐπὶ τιμῆς, & in optimo ſenſu ponitur hoc verbum; ſicut omnia reliqua ad κῦδος pertinentia: notatque etiam, lætificare. κύδαινε δὲ θυμὸν ἄνακτος, *Od.* Ξ. 438.

Κακῶσαι, klein und ſchlecht zumachen. ſicut nunc *h. l.* διὰ τὸ κατ' εἶδος αἶσχος, ob turpem ſpeciem externam. κεκακωμένος ἅλμῃ, *Od.* Ζ. 137.

v. 214.

Ἀμφιχυθεὶς πατέρ' ἐσθλὸν ὀδύρετο, Circumamplexus totum patrem bonum lugebat, Circumfuſus patri egregio, clare teſtabatur deſiderium lacrymas fundens. ut ergo *h. l.* acrem ſenſum affectus ſubiti notet: nam Telemacho non ſperanti exhibetur pater deſideratiſſimus.

Ἀμφιχυθεὶς plus eſt, quam περιφύς.

Δάκρυα λείβων, *Od.* Θ. 86. & 93.

v. 215.

Ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ὑφ' ἵμερος ὦρτο γόοιο, Ambobus autem ipſis deſiderium ciebatur luctus. *pro* ὑπώρτο. Vide ad *Od.* Δ. 113.

V. 216.

v. 216.

Κλαῖον δὲ λιγέως, Vid. ad *Od.* Λ. 390.

Ἀδινώτερον, largius & impenſius. ἀδινὸν μυκώμεναι, *Od.* Κ. 413.

Ἤ τ' οἰωνοὶ φῆναι, ἢ αἰγυπιοὶ, quam aves &c. Vides hîc genus, cum additis duabus ſpeciebus.

v. 217.

Φῆναι, Aquilæ. φήνῃ εἰδομένη, Ἀθήνη, *Od.* Γ. 372.

Αἰγυπιοὶ, vultures maximi. *Il.* Η. 59. Π. 428.

Οἰωνοὶ ſunt genus ſuperius, aves carnivoræ, quarum plurimæ ſunt ſpecies: φῆναι vero ſunt ſpecies τῶν αἰγυπιῶν. *præterea* iſtæ aves magnæ valde ſunt φιλότεκνοι.

Γαμψώνυξ, υχος, ὁ, ἡ, curvis unguibus armatus. Epith. *avium carnivorarum* ita *Il.* Π. 428.

Τέκνα de *brutis* quoque ponitur. ita *Il.* Β. 311. στρουθοῖο νήπια τέκνα. ἐλάφοιο νήπια τέκνα, *Il.* Λ. 113. τηλεκλυτὰ τέκνα ποδάργης, de equis ex famoſiſſima equa natis, *Il.* Τ. 400.

v. 218.

Ἀγρότης, ου, ὁ, homo ruri vivens, ruſticus homo

Ἐξείλοντο τέκνα, exemerunt e nido pullos, ausgenommen haben die Jungen, & læti ὡς ἐξαίρετά τινα ἔλαβον.

Κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤ τ' οἰωνοὶ — ἐξείλοντο, nam tunc, ob στέρησιν τέκνων, valde flebilem ſonum edunt iſtæ aves.

Πάρος πετεεινὰ γενέσθαι, antequam volatiles fierent, ehe ſie flugge waren, πτῆναι δυνάμενα, ἐκπέτησιμα.

v. 219.

Ὣς ἄρα τοί γ' ἐλεεινὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβον, mixto lætitiæ ἐλέῳ, miſericordia mixta gaudio: nam recordabantur prægreſſi duri. Vid. ad *Od.* Θ. 531.

v. 220.

Ἔδυ φάος ἠελίοιο, occidiſſet lumen ſolis. ita *Il.* Ψ. 154.

v. 221.

Προσεφώνεεν, allocutus fuiſſet.

v. 223.

Τίνες ἔμμεναι εὐχετόωντο, ſupra *v.* 58.

v. 224.

Vid. *ibid.* 59.

v. 226.

Ἀληθείην καταλέξω, Vid. ad *Od.* Η. 297. Λ. 506.

v. 227.

Φαίηκες — ναυσίκλυτοι, *Od.* Ο. 414. Φοίνικες ναυσίκλυτοι.

v. 228.

Πέμπουσιν, datis navibus & comitibus deportant.

Οἷς σφίας εἰσαφίκηται, de Phæacibus. Vid. ad *Od.* Μ. 40.

v. 230.

Κάτθεσαν εἰς Ἰθάκην, Expoſuerunt me e navi in Ithacam. κάτθεσαν, *Od.* Ν. 284.

Ἔπορον δέ μοι ἀγλαὰ δῶρα, donaverunt autem mihi pretioſa dona.

v. 231.

Ἄλις, affatim, *Od.* Ο. 94.

Ἐσθῆτά θ' ὑφαντὴν, *Od.* Ν. 136.

v. 232.

Ἐν σπήεσσι, unam illam ſpeluncam magnam in plurali effert. Vid. ad *Od.* Κ. 404.

Θεῶν ἰότητι, *h. l.* Deorum favore. Vid. ad *Od.* Ξ. 198.] Atqui unius tantum Minervæ conſilio id factum eſſe, *antea* vidimus. Et tamen Ulyſſes pluralitatem Deorum *hic* adhibet. An quod Minerva, Dea illa prudentiæ, nihil faciat, quod Jovi reliquæque Deorum turbæ non placeat? Sane quicquid beneficii illa in Ulyſſem contulit, Diis probantibus, uno excepto Neptuno, factum eſt, ut *Lib. I.* videbamus. SPOND.

Ἐν σπήεσσι — κέονται, in ſpelunca quadam jacent depoſita. Vid. ad *Od.* Λ. 340.

v. 233.

Ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης, conſiliis *ſeu* præceptis Minervæ, ὑποθήκαις. ita *Il.* Ο. 412.

v. 234.

Ὄφρα κε δυσμενέεσσι φόνου πέρι βουλεύσωμεν, Ut inimicorum de cæde conſultemus: de cæde hoſtium, & eſt Dativus incommodi.

v. 235.

Μνηστῆρας ἀριθμήσας κατάλεξον, procos numerans recenſe.

v. 236.

v. 236.

Ὄφρ' εἰδέω, ὅσσοι τε καὶ οἵτινες ἀνέρες εἰσί,] La prudence veut qu'un homme connoiſſe les ennemis qu'il a à combattre, & non ſeulement qu'il en ſache le nombre, mais qu'il en connoiſſe la qualité, afin qu'il prenne ſur cela ſes meſures. DAC.

v. 237.

Vid. ad *Od.* K. 50.

v. 238.

Φράσσομαι, Diſpiciam.

Εἰκεν νῶϊ δυνησόμεθ' ἀντιφέρεσθαι, an nos duo potuerimus pares eſſe reſiſtendo illis, an nos duo poſſimus reſiſtere, impugnare. ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι, difficilis eſt Jupiter, cui occurratur & reſiſtatur, *Il.* A. 589. χαλεπή τοι ἐγὼ (κατὰ) μένος ἀντιφέρεσθαι, inquit Juno ad Dianam: difficilis tibi ego ſum, occurri mihi robore, *Il.* Φ. 482.

v. 239.

Μούνω ἄνευθ' ἄλλων, Nos duo ſoli ſine aliis.

Ἦ καὶ διζησόμεθ' ἄλλους, an & alios quærere, conquirere, debeamus: ſicut nos dicimus, eine Hülfe auftreiben, ausfindig machen.

v. 241.

Ἦτοι σεῖο μέγα κλέος αἰὲν ἄκουον, ſane de te magnam famam ſemper audiebam.

v. 242.

Χεῖράς τ' αἰχμητὴν ἔμεναι, Quod manus attinet, te bellatorem eſſe, Manibus te ſtrenuum eſſe. αἰχμητής, *Od.* Λ. 558.

Ἐπίφρονα (κατὰ) βουλήν, te valde prudentem, quod conſilium attinet, *vel* conſilio. νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλῇ, mit Verſtand und ſorgfältigem Rath, *Od.* Γ. 128.

v. 243.

Λίην μέγα εἶπες, nimis magnum dixiſti. ſic *ibid.* 227.

Ἄγη μ' ἔχει, obſtupeſco. ita *ibid.*

Οὐδέ κεν εἴη, nec ſane poſſibile eſſet.

v. 245.

Μνηστήρων δ' οὔτ' ἂρ δεκὰς ἀτρεκές, κ. τ. λ. ἀτρεκές, *h. l.* adſeverandi vox. Procorum autem non eſt unica decas

 certe,

certe, re vera, aut duæ tantum decades, ſed multo plures decades. ἐξ ἀμφοτέρων ἀτρεκὲς αἷμα ἔσευα βαλών, ex utroque re vera elicui ſanguinem, feriens ſagitta, *Il.* Ε. 208.] *Euſtath.* ἀτρεκὲς, ἤγουν ἀληθῶς καίαμόνας. Numeris additum verbum reſpondet latino *omnino*. Sicut ἀριθμὸς ἀτρεκὴς eſt ἀκριβῶς λεγόμενος, numerus plenus, non qui craſſe dicatur. Vide *Foeſii* Lex. Hippocr. in ἀτρεκέως. ERN.

Δεκὰς, *Il.* Β. 126.

v. 246.

Τάχα δ' εἴσεαι ἐνθάδ' ἀριθμὸν, ſtatim autem cognoſces hic numerum. Vide ad *Od.* Β. 40.

v. 247.

Ἐκ μὲν Δυλιχίοιο] Centum hic & octo procos enumerat Poëta, cum Famulis octo, præter Præconem & Cantorem. Unde totus omnium numerus (uti notavit *Barneſius*) centum atque octodecim. CLARK,

v. 248.

Κοῦροι κεκριμένοι, *i. e.* ἔκκριτοι, Juvenes ſelecti. πτύρους κεκριμένους, *Od.* Ν. 182.

Δρηστὴρ, ῆρος, ὁ, miniſter, qui opus facit, θεράπων, ὑπουργός. a δράω, facio. ἓξ δὲ δρηστῆρες ἔπονται, ſex miniſtri, qui tot procis ſufficiebant ad apparandas epulas. *coll.* 253.

Ἕπονται, adſunt iis.

v. 249.

Πίσυρες, *Od.* Ε. 70.

v. 250.

Φῶτες Ἀχαιῶν, viri Achivorum.

v. 253.

Δοιὼ θεράποντε —, *i. e.* δαιτροί. & ex hoc vocabulo apparet, eos non fuiſſe ſervos, ſed ipſos quoque nobiles.

Δαήμονε δαιτροσυνάων, periti rei diſſectoriæ in conviviis. δαήμονες ὀρχηθμοῖο, *Od.* Θ. 263.

Δαιτροσύνη, ης, ἡ, ars diviſoria in conviviis. δαήμων δαιτροσύνης, *i. e.* δαιτρὸς, qui peritus eſt ſecandi aſſata, ſimul & aſſandi.

v. 254.

v. 254.

Τῶν εἴ κεν πάντων ἀντήσομεν, His ſi omnibus occurremus hoſtiliter, His ſi cum omnibus concurremus. οὐ γὰρ ἔγωγε ἤντησα οὐδ' ἴδον, non ego adfui, neque vidi, ich bin nie bey ihm geweſen, habe auch nicht geſehen, *Il.* Δ. 375. *Od.* Δ. 201. ἥ οἱ ἔπειτα ἤντησε, die ihm entgegen kam, *Il.* Ζ. 399. ἀντήσειε μάχης, er ſollte Kampfs genug bekommen, haberet, quicum pugnaret, *Il.* Η. 158. & 423. οἱ δ' ἤντεον ἀλλήλοις, obvii erant ſibi. δαίτης ἠντήσατε, ad epulum occurriſtis forte fortuna, *Od.* Γ. 44. ὅπως ἤντησας ὀπωπῆς, quomodo incideris ſpectando, wie du dem Anſchauen begegnet biſt, *i. e.* wie du es mit deinen Augen gefunden haſt, *Od.* Γ. 97. Δ. 327.

Ἔνδον ἐόντων, in domo congregatis. πολέες ἔνδον ἐόντα, ſupra *v.* 202.

v. 255.

Πολύπικρος, ου, ὁ, ἡ, valde amarus & acerbus.

Μὴ πολύπικρα καὶ αἰνὰ βίας ἀποτίσεαι, *ſc.* δείδω. neutra ſunt adverbialiter, *pro* πολυπίκρως καὶ αἰνῶς. *Vereor*, ne cum magno noſtro luctu ulciſci coneris injurias nobis factas; *Vereor*, ne valde amaris & miſeris modis vim, quam paras conrra procos, luas; (bezahlen müſſeſt) *Periculum eſt*, ne luctuoſo tibi & gravi modo violentias eorum illis rependere coneris. Vid. ad *Od.* Λ. 117.

Ἐλθών, poſtquam rediiſti domum tuam.

v. 256.

Ἀμύντωρ, defenſor, auxiliator, qui arcet malum a nobis, *Od.* Β. 326.

Μερμηρίξαι, excogitare.

v. 257.

Φράζευ, Diſpice. Φράσσομαι, ſupra *v.* 238.

Ὅ κεν τις νῶϊν ἀμύνοι, *pro* ὅς κεν ἡμῖν ἀμύνοι, qui pro nobis & nobiscum pugnet, qui ſane nobis adſit auxiliator & propugnator.

Πρόφρονι θυμῷ, favente animo. πρόφρων, *Od.* Ξ. 406.

v. 259.

Σὺ δὲ σύνθεο, *Od.* Ο. 317.

v. 260.

Φράσαι, Cogita: Delibera tecum. *Il.* Λ. 83.

v. 261.

'Ει καὶ νῶϊν 'Αθήνη, σὺν Διὶ πατρὶ, 'Αρκέσει, an a nobis Minerva, una cum Jove patrè, Arcebit mortem a procis intentatam. *coll.* 263. Boni iſti duo ſunt defenſores malorum. οὔτι τάγε αὐτῷ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον, nequaquam iſta prohibuerunt ab eo triſtem interitum, *Od.* Δ. 292.

v. 263.

'Επαμύντωρ, ορος, ὁ, *idem quod* ἀμύντωρ, ſupra *v.* 256.

'Εσθλὼ τοι τούτω γ' ἐπαμύντορε, τοὺς ἀγορεύεις, Boni, optatiſſimi & præſtantiſſimi, ſane ſunt iſti duo adjutores, quos dicis. Jupiter *ſcil.* & Minerva.

v. 264.

"Υψι περ ἐν νεφέεσσι καθημένω, In alto quanquam in nubibus ſedentes, *ſc.* Jupiter & Minerva, *h. e.* regalis noſtra dignitas, & ſapientia.

v. 265.

"Ωτε καὶ ἄλλοις 'Ανδράσι τε κρατέουσι, καὶ ἀθανάτοισι Θεοῖσι, qui & aliis Hominibus imperant, & immortalibus Diis: de Jove & Minerva; & verbum plurale poſitum ad præcedentem dualem pronominis. μέγα δὲ κρατέουσιν 'Αχαιοί, *Od.* Ο. 274.

v. 267.

'Ου μὲν τοι κείνω γε πολὺν χρόνον ἀμφὶς ἔσεσθον Φυλόπιδος, Non hi duo diu ſine pugna erunt, Non illi duo diu a pugna aberunt.

'Αμφὶς Φυλόπιδος, ſine pugna, ſeparati a pugna, procul a pugna: χωρὶς καὶ πόῤῥω τῆς μάχης.

v. 268.

Φυλόπιδος κρατερῆς, Pugna vehementi. φύλοπις, *Od.* Λ. 313.

v. 269.

'Οπότε μνηστῆρσι καὶ ἡμῖν — μένος κρίνηται "Αρηος, *i. e.* ὅτε πολεμοῦμεν, quando pugnamus, & ferro decernimus. σύμμιξις πολέμου γένηται, quando pugnabimus cum illis. τότε γὰρ διακρίνεται τὸ τῶν μερῶν μένος, καί πως κεκριμένως οἱ τοιοῦτοι μίγνυνται: τὴν ἀρχὴν μὲν συμπλεκόμενοι, τῷ δὲ τέλει τῆς μάχης διακρινόμενοι, ὅτε νίκη ἑτεροκλινὴς γένηται.

v. 270.

"Ερχευ — 'Οικαδε, abi — Domum. Vid. ad *Od.* Λ. 250.

'Αμ'

'Αμ' ἠοῖ φαινομένηφιν, cum prima luce, *Od.* Ο. 395.

v. 271.

Μνηστῆρσιν ὑπερφιάλοισιν, *Od.* Ο. 314. & 375.

Μνηστῆρσιν — ὁμίλει, cum procis eſto una.

v. 272.

'Εμὲ — ὕστερον ἄξει, me — poſteriorem, poſt te, ducet eo. *coll.* 270. eſt tamen *h. l.* neutrum, nam reſpondet τῷ νῦν, er wird mich nach führen.

v. 273.

Πτωχῷ λευγαλέῳ ἐναλίγκιον, ἠδὲ γέροντι, Mendico perdito ſimilem, & ſeni. κήδεσιν λευγαλέοισι, *Od.* Ο. 398.

Πτωχῷ ἐναλίγκιον, ſupra *v.* 209.

v. 274.

'Ει δέ μ' ἀτιμήσουσι, Si autem me indigne tractabunt.
ξεῖνον ἀτιμῆσαι, *Od.* Ξ. 57.

v. 275.

Τετλάτω, Toleret.

Κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο, male affecto me per vim eorum; *vel* ſi male tractor.

v. 276.

Ἤν περ καὶ διὰ δῶμα (ἐκ) ποδῶν ἕλκωσι θύραζε, Etiamſi vel per domum pedibus prehenſum trahant extra domum.

v. 277.

Ἢ βέλεσιν βάλλωσι, Vel jaculis *aut* telis jaculentur in me.

Σὺ δ' εἰσορόων ἀνέχεσθαι, *pro* ἀνέχου, tu autem, ſpectans id, ſuſtine: tu vero id intuere æquo animo. οὐ γὰρ ξείνους οἶδε μάλ' ἀνθρώπους ἀνέχονται, *Od.* Η. 32.

v. 278.

'Ανωγέμεν, pro ἀνώγειν, & eſt infin. pro imperat.

Παύεσθαι ἀνωγέμεν ἀφροσυνάων, jube eos, ut finem faciant amentiæ: hortare eos, ut deſiſtant ab hac irrationalitate. οὔ τι χρὴ ταύτης ἀφροσύνης, non tibi opus eſt hac inadvertentia, dieſe Unbedachtſamkeit iſt dir nicht gut, *Il.* Η. 110.

v. 279.

Μειλιχίοις ἐπέεσσι παραυδῶν, Blandis verbis hortans: παραυδῶν. μύθοις ἀγανοῖσι παραυδήσας, *Od.* Ο. 53.

v. 280.

'Οι δέ τοι ἐχὶ Πείσονται, illi vero tibi non Obtemperabunt,] Homere dit ici bien clairement que quand les méchans touchent au moment où ils vont être punis de leurs crimes, l'endurciſſement volontaire eſt monté à ſon comble, & qu'il n'y a plus lieu au repentir. DAC.

Δὴ γάρ σφι παρίςαλαι αἴσιμον ἦμαρ, ſane enim illis inſtat dies mortis, jam enim ipſis adeſt fatalis dies, ὄλεθρος ὁ ἀποκείμενος. hoc alibi (ex. c. *Il.* Φ. 100.) vocatur μόρσιμον ἦμαρ. τόθι γάρ νυ οἱ αἴσιμον ἦεν ναιέμεναι, *Od.* O. 239.

v. 281.

Σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν, *Od.* Λ. 453.

v. 282.

Πολύβουλος, ε, ὁ, ἡ, multi conſilii, von viel Einſicht und klugem Rath: Epith. Ἀθηνᾶς, i. e. Φρονήσεως. Vid. etiam ad *Il.* E. 260.

v. 283.

Νεύσω μέν τοι ἐγὼ κεφαλῇ, Innuam tibi ego capite.

v. 284.

Ἀρήϊα τεύχεα, inſtrumenta bellica: ad differentiam aliorum utenſilium.

v. 285.

Ἐς μυχὸν ὑψηλᾶ θαλάμε, In interiorem partem alti thalami. μυχῷ ἄντρε, *Od.* N. 363.

Καταθεῖναι, infinit. pro imperat.

Καταθεῖναι ἀείρας, depone auferens ſublata.

v. 286.

Μάλα, omnino, prorſus.

Μαλακοῖς ἐπέεσσι, *Od.* K. 70.

v. 287.

Παρφάσθαι μνηςῆρας μαλακοῖς ἐπέεσσι, pro Παρφάσθαι, qui infinit. Med. eſt pro imperat. & involvit notionem παραλογισμȣ, ſi quem verbis a vera re aliorſum abducimus: Alloquere procos mollibus verbis ſic, ut ducatur animus eorum præter rem ipſam in opinionem a vera diverſam; Rede ihnen zu mit freundlichen Worten, und mache ihnen weiß. μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι, matri autem ego

ego ſuadeo, *Il.* A. 577. εἴ τινα, παρφάμενος ἐπέεσσιν, ἀποτρέψεις πολέμοιο, ſi quem alium, verbis inducens, averteris a pugnando, παραλογισάμενος αὐτὸν πιθανότητι λόγων, ihm zuredend, *Il.* M. *249. ſic, αἴ κε νεώτερον ἄνδρα (Comparat. pro Poſitivo, ut ſæpiſſime apud Poëtam) παρφάμενος ἐπέεσσιν, ἐποτρύνῃς χαλεπαίνειν, incitaveris adoleſcentem, ſuadens ei verbis, ad iraſcendum & graviter agendum, *i. e.* παραινέσεις, παραινέσεις, *Od.* B. 189. hoc παρὰ *Poëtice* mutatur in παρα. σὺ τόνγ᾽ ἐπέεσσι παραιφάμενος, *Il.* Ω. 771. ubi notat παραμυθίαν φιλικήν. tu illum verbis admonens. Duplicem ergo vim habet hoc verbum, ut notet vel ſimpliciter τὴν πειθὼ ἐκ παραινέσεως: vel ut connotetur τὸ, παράγειν λόγοις καὶ παραλογίζεσθαι, mitiſſimo tamen ſenſu.

Ὅτε κέν σε μεταλλῶσιν, ποθέοντες, quando forte te interrogent, deſiderantes, *ſc.* ea arma: ut ergo ποθεῖν ſæpe ſimpliciter ſit, ſentire, quod non adſit jam id, quod adeſſe ante ſolebat, etwas vermiſſen, *i. e.* merken, daß es nicht mehr da iſt.

v. 288.

Ἐκ καπνοῦ κατέθηκ᾽, *pro* κατέθηκα, extra fumum ſepoſui: ἔξω καπνοῦ. Nam in ejusmodi conclavibus erat ſæpe multus fumus, ab igne in medio accenſo. Ceterum ἐν καπνῷ *proverbialiter* dicitur, ut notet ἐπιμέλειαν rei illius, ſi quis eam non ſinit fumo quaſi fuſcari. contra, καπνῷ προκεῖσθαί τι, aut ἐν σφέψαλῳ κέεσθαι, notat ἀμέλειαν, & ſunt idem: nam οἱ σφέψαλοι καὶ σφεψάλυγες ſunt σπινθῆρες proprie, ἀναφερόμενοι ἐκ τῶν καιομένων ξύλων, Funken, die in die Höhe fahren vom brennenden Holze: οἷς οὐκ ἂν εἴη μὴ καὶ καπνὸν συναναφέρεσθαι, cum quibus neceſſario etiam fumus attollitur.

Ἐπεὶ οὐκέτι τοῖσιν ἐῴκει, ihnen nicht mehr ähnlich ſahen. οὐδὲ ἐῴκει ἀνδρὶ, *Od.* I. 191.

v. 290.

Κατακίζω, duriter & deformiter tracto aliquem. deformo, turpo, ich mache unſcheinbar, richte übel zu.

Ἀλλὰ κατῄκισται, Sed deformia facta ſunt, *ſc.* arma, τὰ τεύχεα, fœdata ſunt fumo & pulvere.

T 5 Ὅσσον

Ὄσσον (*pro* ἐπὶ ὅσσον) πυρὸς ἵκετ' ἀϋτμή, quouſque (ſo weit als) tetigit illa arma ignis vapor.

Πυρὸς ἀϋτμή, *i. e.* ὁ καπνὸς, ἡ ἀναθυμίασις, der Rauch. κνίσσης ἡδὺς ἀϋτμή, *Od.* M. 369.

V. 291.

Πρὸς δ', Et inſuper. ita *Od.* Ε. 255.

Ἔτι μοι τόδε μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ θῆκε Κρονίων, adhuc mihi hoc etiam majus in mentem dedit Saturnius.

V. 292.

Οἰνόω, vino impleo. in vinum quaſi verto, inebrio. Paſſivum vel Medium, οἰνόομαι, inebrior, inebrio me.

Ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν, rixam ſurgere facientes inter vos.

V. 293.

Ἀλλήλους τρώσητε, Vos invicem lædatis, βλάψητε, einander Schaden thun möchtet. μήπως ἵππους τε τρώσῃς, *i. e.* βλάψῃς, daß du den Pferden nicht Schaden thüeſt, *Il.* Ψ. 341. στεῖνος γὰρ, ὅθι τρώσεσθαι ὀΐω, anguſtiæ enim, ubi damnum acceptum iri puto, βλαβήσεσθαι, *Il.* M. 66.

Μήπως οἰνωθέντες, ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν, Ἀλλήλους τρώσητε, Ne vinolenti, contentionem excitantes inter vos, Vos invicem vulneretis.

Καταισχύνω, deturpo, deformo, ich verunziere.

Μήπως καταισχύνητε δαῖτα, ne turpe & fœdatum faciatis convivium.

V. 294.

Μνηστύν, *i. e.* τὴν τῆς Πηνελόπης μνηστείαν. παύσεσθαι μνηστύος ἀργαλέης, ceſſaturos eos eſſe a procatione moleſta, *Od.* B. 199.

Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, ipſum enim ferrum attrahit ad ſe virum. *i. e.* πρόχειρος εἰς μάχην ἀνὴρ, παρακειμένου σιδήρου: &, ὥσπερ ἡ μαγνῆτις τὸν σίδηρον, οὕτως αὐτὸς τὸν θυμούμενον, iratum. der Anblik des Gewehrs machet dem zornigen Mann Luſt, es zugebrauchen; es ziehet ihn an ſich, als ein Magnet. ἐφέλκετο ἔγχος, trahebat ſecum haſtam, vulneratæ manui infixam, *Il.* N. 597. Paſſive poſitum eſt, *Il.* Ψ. 696. ἦγον αὐτὸν ἐφελκομένοισι πόδεσσιν, ducebant eum, pedibus pone tractis præ infirmitate, da die Füſſe des unter den Armen geführten Manns nur nachſchleppeten, nicht aber traten.

Αὐτὸς,

Αὐτὸς, *ſua ſponte*, *ſuapte vi*. ERN.

Σίδηρος, materia pro materiato, pro *gladii*, *haſtæ*, *arma*.

v. 295.

Δύο φάσγανα καὶ δύω δοῦρε, duos gladios & duas haſtas.

v. 296.

Καλλιπέειν, *pro* Καταλιπεῖν, & ſimul eſt infin. pro imperat.

Δοιὰ βοάγρια, duo ſcuta.

Βοάγρια, ιων, τὰ, ſcuta, intra quæ miles ſe colligit, & quibus ſe tutatur: clypei, coriis bubulis inducti, quibus milites ſe conſervant. a βοῦς, bos. *item* corium bubulum; & ἀγείρω, colligo, conjungo. Poſſis & ab ἡ βοὴ, prælium, compoſitam vocem putare, ut ſint τὰ εἰς τὴν βοὴν ἀγειρόμενα, ſumta ad pugnam. βοάγρια πολλὰ καὶ τρυφάλειαι κάππεσον ἐν κονίῃσι, multa ſcuta & galeæ deciderant in arenas, *Il.* M, 22. Modo ne putes, ex βοῦς ἄγριος, bos ferus & agreſtis, compoſitum nomen: nihil enim abſurdius.

Χερσὶν ἑλέσθαι, manibus capienda, ut nos capiamus ea.

v. 297.

Ὡς ἂν ἐπιθύσαντες ἑλοίμεθα, Ut, re divina facta, ſumamus *vel* ſumere poſſimus iſta arma. Quanquam & *h. l.* poſſit eſſe, Ut irruentes, propere vadentes. ab ἐπὶ, ad, & θύω, curro, propere moveo me: nam impetu & celeritate opus erat. Τρῶες ἐπιθῦσαι, *i. e.* ἐφορμᾶσαι, *Il.* Σ. 175. Quanquam hoc verbum in hoc ſignificatu trahant multi ad ἰθύς. ab ἐπὶ & ἰθύω, recta contra ſto. *Deinde* ἐπιθύω eſt &, vota facio, precor, facta libatione.

v. 298.

Τοὺς δέ κ' ἔπειτα Παλλὰς Ἀθηναίη θέλξει καὶ μητίετα Ζεύς, illos autem poſtea Pallas Minerva faciet boni conſilii impotes, & providus Jupiter: nam re vera ita terrebantur poſtea, cum Ulyſſes ſe iis oſtenderet, ut præ torpore incerti quid agerent, plurimi caderent aliquamdiu: er konnte mit ihnen umſpringen nach ſeinem Willen, ehe ſie ſich wozu entſchloſſen. ἀλλά με Δαίμων θέλγει, ſupra *v.* 195.

v. 299.

Supra *v.* 281.

v. 300.

v. 300.

Ἐι ἐτεόν γ', *Od.* N. 328.

Καὶ αἵματος ἡμετέροιο. ſic αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, ex bona ſtirpe & ſemine es, *i. e.* σπέρματος, *Od.* Δ. 611.] Apte hoc dicitur ad ingenium Ulyſſis. Siquid a calliditate & taciturnitate ingenii mei traxiſti natura, quia vere filius meus es. ERN.

v. 301.

Μή τις ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἀκουσάτω ἔνδον ἐόντος, Ne quis poſtea Ulyſſem audiat domi eſſe reducem. ἔνδον ἐόντων, ſupra *v.* 254] Le ſecret eſt la ſource de tous les grands ſuccès dans les affaires difficiles. Auſſi une des grandes qualitez d'Ulyſſe, qui étoit ſi éloquent, c'étoit la taciturnité & le ſecret, & c'eſt à cette qualité ſeule qu'il veut reconnoître ſon fils. DAC.

v. 303.

Μήτε τις οἰκήων, Nec aliquis domeſticorum in genere.

v. 304.

Ἀλλ' οἶοι σύ τ' — ἰθύν,] Senſus eſt: Sed ſoli hoc nos ſciamus, ut facilius cognoſcamus ingenium & ſenſus mulierum &c. ERN.

Οἶοι σύ τ', ἐγώ τε, γυναικῶν γνώομεν ἰθύν, ſoli, tu & ego, mulierum domeſticarum, ipſiusque Penelopes, cognoſcamus ſtudium, inclinationem, quo tendant animo ſuo, τὴν κατὰ ψυχὴν ὁρμὴν αὐτῶν. ihre Neigung und Richtung des Gemüths. ἐπειδὴ σφαίρῃ ἀν' ἰθὺν πειρήσαντο, *Od.* Θ. 377.

v. 305.

Καί κέ τεο δμώων ἀνδρῶν ἔτι πειρηθεῖμεν, *pro* πειρηθείημεν, & aliquem ſervorum etiam exploremus.

v. 306.

Ὅπου τις νῶ τίει καὶ δείδιε θυμῷ, ubi aliquis nos ambos honorat *vel* curat & reveretur animo. *coll.* 307. οὐκ ἀλέγει, quod eſt oppoſitum τῷ τίειν.

v. 307.

Ὅτις οὐκ ἀλέγει, *ſc.* ἡμῶν, qui noſtri curam nullam habet, der nach uns nichts fraget. οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν, κ. τ. λ. *Od.* I. 275.

Σὺ

Σὲ δ' ἀτιμᾷ, teque non honeſtat, & debita reverentia erga te non utitur. ἐι δέ μ' ἀτιμήσουσι, ſupra *v.* 274.

Τοῖον ἐόντα, te, tam magnum & ſapientem jam, & veneratione dignum: & oſtendit ſimul amorem ſuum, cui dolet, ſi talis filius ſpernatur.

v. 310.

Γνώσεαι ἐμὸν θυμὸν, Cognoſces meum animum.

Χαλιφροσύνη, ης, ἡ, remiſſio & negligentia in curando & cogitando. a χαλίφρων, mente & cogitatione remiſſus, & languidus, & negligens. quod a χαλάω, laxo, remitto: (cui opponitur, intendo, ἐντείνω,) & φρήν. Eſt ergo pro χαλασίφρων.

Ὀυ μὲν γαρ τι χαλιφροσύναι γέ μ' ἔχουσιν, non enim ſocordiæ me tenent.

v. 311.

Ὄυτοι τόδε κέρδος ἐγὼν ἔσσεσθαι οἴω Ἡμῖν ἀμφοτέροισι, non iſtud commodo futurum puto Nobis ambobus, es wird uns das nicht vortheilhaft seyn. & ſenſus hujus loci eſt: Si tu velis obire ſervos mares, & villas eorum, longum id erit; interim vero, dum tu ſic obambulas, proci omnia tua exhaurient epulando: tenta potius ancillas in domo noſtra, ſervos autem omitte in præſentia. ἀκερδές ἐςι τὸ, πειρᾶσθαί σε τῶν ἀνδρῶν, ὧν οἱ πλείους ἔξω τῆς νήσου, περὶ τὴν ἤπειρον: ἐν ὅσῳ γὰρ αὐτὸς μετέρχῃ τὰ ἐκείνων ἔργα, (ſtabula eorum & res, quibus operam dant) ἐν τούτῳ οἱ μνηςῆρες τὰ κατ' ὄικον ἐκκενώσουσι. Vides ſimul, Poëtam innuere tecte, Ulyſſem valde adjutum fuiſſe opera mulierum, quas per nutricem ſuam diſponi ad loca apta curaverat, ne quis procorum elabi aut clamorem foras ciere potuerit. ειδότες ἄμφω κέρδε', *Od.* N. 297.

v. 312.

Σὲ δὲ φράζεσθαι ἄνωγα, ich bitte dich wohl zu überlegen. Eſt *h. l.* modeſtiæ formula, ne ipſe conſilium dediſſe videatur; & eſt pro, σὺ δὲ φράζε, ἔιτε συμφέρον, ἔιτε καὶ μὴ, ὅπερ ἂν ἐγὼ ἔιπω, ἢ καὶ, ὅπερ σὺ ἔιπας περὶ τοῦ ἀποπειρᾶσθαι τῶν ἀνδρῶν. φράζευ, ſupra *v.* 257.

v. 313.

Δηθὰ γὰρ ἄυτως ἔισῃ, Diu enim hoc modo cognoſces; multum

multum temporis abibit, ſi ſic voles cognoſcere omnes. *pro* ἕτως. Φαγέμεν καὶ πιέμεν ἄυλως, ſupra *v.* 143.

Εἴση, *Attice*, pro εἴσεαι *Jonico*, & hoc pro εἴσεσαι, cognoſces, γνώσῃ καὶ νοήσεις. εἴσεαι, ſupra *v.* 246.

Ἑκάςω, πειρήτίζων, ſingulos ſeparatim explorans. *coll.* 319. συβώτεω πειρήτίζων, *Od.* Ο. 303.

Εἴση ἑκάςω πειρήτίζων Ἔργα μετερχόμενος,] Malim ἑκάςω referre ad ἔργα. Ita ſenſus erit: *Diu enim tentando incaſſum errabis, facta uniuscujusque inſpiciens.* Saltem id etiam in ἔργα rurſus intelligendum eſt. ERN.

v. 314.

Ἔργα μετερχόμενος, Villas & rem ruſticam circumobiens & viſitans. *coll.* 318. κύρησιν μετελθὼν, *Od.* Ζ. 222.

Ἔργα, *Od.* Ο. 504.

Ἔκηλοι, *Od.* Ξ. 91.

v. 315.

Χρήματα δαρδάπτουσιν κ. τ. λ. Vid. *ibid.* 92.

v. 316.

Ἀλλ' ἤτοι σε γυναῖκας ἐγὼ δεδάασθαι ἄνωγα, Sed omnino te mulieres ego cognoſcere & diſcere jubeo,] Car étant toutes enſemble expoſées à ſes yeux, il pouvoit facilement & ſans perdre aucun temps examiner leur conduite; au lieu que les autres domeſtiques étant diſperſez dans ſes maiſons de campagne, il falloit un temps infini pour les tâter. DAC.

Δεδάασθαι, præſ. infin. Med. pro δαίεσθαι, abjecto jota, & facta contractione, eaque rurſus diſtracta per inſertum α, cum reduplicatione Jonica ab initio.

v. 317.

Αἵ τέ σ' ἀτιμάζουσι, Quæ te honore debito privant: de ancillis Ulyſſis. νῦν δέ μ' ἀτιμάζουσι, *Od.* Ξ. 506.

Νηλιτής, έος, ὁ, ἡ, non peccaminoſus, non ſceleratus, non deflectens ab officio. Eſt compoſitum nomen a νη, negandi particula, & ἀλιτέω, pecco. Qui κατ' ἀντίφρασιν vocem hanc poſitam autumant, pro, valde ſceleſtus; ii & analogiæ vim adhibent, & contextum Homericum minus attendunt.

Αἵ τέ σ' ἀτιμάζουσι, καὶ αἳ νηλιτεῖς εἰσίν, Duæ fiunt claſſes ancillarum, quæ herum abſentem honorant officioſe; &

& hæ ſunt νηλιτεῖς, (quæ & νηλιτίδες alibi dicuntur; & quæ non honorant eum, ejusque domum.

v. 318.

Ἀνδρῶν δ' οὐκ ἂν ἔγωγε κατὰ σταθμοὺς ἐθέλοιμι Ἡμέας πειράζειν, Viros autem ego per villas nolim Nos tentare, quomodo adfecti ſint animo erga nos. *coll* 314 ubi σταθμοὶ dicuntur ἔργα, γεωργικὰ nimirum, Wirthſchaft auf dem Lande.

v. 319.

Ἡμέας πειράζειν ἀνδρῶν, Nos pertentare viros, quo ſint animo. ὥς φάτο πειράζων, *Od.* I. 281.

Ἀλλ' ὕστερα ταῦτα πένεσθαι, ſed poſtea hæc laborare, uns darum nachher bekümmeren, ſed hæc ultimo loco curare, de his laborare poſt omnia. ἐμὲ ὕστερον ἄξει, ſupra *v.* 272.

Πένεσθαι. δαῖτα πένεσθαι, *Od.* Ξ. 251.

v. 320.

Εἰ ἐτεόν γέ τι οἶσθα Διὸς τέρας, Si quidem vere jam noſti ſignum ex Jove. *ſc.* illud τέρας, ex quo incitatus dixiſti, Jovem defenſorem fore nobis: nam ſi illud non adeo certum eſt, tunc ſervi noſtri ſunt tentandi, & alii adſciſcendi ſocii; ſin certum & firmum, tunc ad viros reſpiciendum nobis magnopere non eſt, & mulieres domeſticæ tantum ſunt explorandæ.] Car ſi ce prodige vient de Jupiter, on doit avoir cette confiance qu'il aura ſon effet, ainſi il n'eſt pas neceſſaire de prendre des meſures ſi éloignées; il faut s'aſſeurer ſeulement de ce que la prudence ne permet pas de negliger. DAC.

Εἰ ἐτεόν γε, ſupra *v.* 300.

Τέρας, *Od.* O. 168.

v. 322.

Ἰθάκηνδε κατήγετο νηῦς, in Ithaca appulſa eſt navis, es legte an an der Inſel. χρειώ με κατήγαγεν εἰς Ἀΐδαο, *Od.* Λ. 163.

Νηῦς εὐεργὴς, *Od.* M. 166.

v. 324.

Λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς, *Od.* K. 125.

v. 325.

Νῆα — ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν, Navem — in ſiccum ſubduxerunt. ſic *Il.* A. 485.

v. 326.

v. 326.

Τεύχεα δέ σφ' ἀπένεικαν — θεράποντες, Arma autem militaria, ſimulque alia utenſilia ad iter apta mari, ipſis aſportarunt — miniſtri, ſie haben ſie weggetragen nach Hauſe. καί μιν ἔπειτα Κόωνδε ἀπένεικας, & eum deinde verſus Coon inſulam deportaſti, *Il.* Ξ. 255. ubi ſermo eſt de navigante, qui ventis aufertur ad aliam regionem, quam quam petebat curſu. ſic & *Il.* Ο. 28.

Τεύχεα, ſupra *v.* 284.

Ὑπέρθυμοι θεράποντες, nobiles miniſtri, die edlen Gehülfen.

v. 327.

Ἐς Κλυτίοιο, in Clytii *domum.* Vide ad *Od.* Ο. 539.

v. 328.

Κήρυκα πρόεσαν, *Od.* Θ. 399.

v. 331.

Ἄστυδ' ἀποπλείειν, Ad urbem navigare. ἐπὶ νηῶν βάντες ἀπέπλειον, *Od.* Θ. 501.

v. 332.

Ἰφθίμη βασίλεια, Potens regina.

Τέρεν κατὰ δάκρυον εἶβοι, teneras lacrymas funderet.

v. 333.

Συναντήτην, Occurrerunt ſibi invicem.

v. 340.

Ἐπειδὴ πᾶσαν ἐφημοσύνην ἀπέειπε, poſtquam omne ſibi mandatum nuntiavit. *coll.* 130. *ſqq.* da er ſeine ihm aufgegebene ganze commiſſion beſtellet hatte. poſtquam omne, quod mandatum ei erat, expoſuit verbis; nachdem er ſeine aufhabende Sach völlig beſtellet mit Worten. Κίρκης μὲν ἐφημοσύνης λανθανόμην, *Od.* Μ. 226

Ἀπέειπε. μνηστήρεσσιν ἀπειπέμεν, *pro* ἀπειπεῖν, procis interdicere domo ſua, κωλῦσαι καὶ λόγοις ἀπολέγεσθαι, edicere illis liquido, ne diutius verſentur in domo, *Od.* Α. 91. & 373. ἵνα ὑμῖν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποείπω, qui locus illuſtrat priorem: ut vobis ſermonem, quem in *mente* habeo, audenter & fortiter *verbis* exponam.

v. 341.

Λίπε δ' ἕρκεά τε, μέγαρόν τε, reliquit autem aulam, & palatium. *i. e.* ἀνεχώρησε καὶ μακρὰν γέγονε τοῦ οἴκου, *coll.* 343.]

Ἕρκεα

Ἕρκεα intellige *veſtibulum*, *aulam* ante ædes regias. Vid. ſeqq. μέγα τείχιον αὐλῆς. ERN.

Ἕρκος. ἕρκος ὀδόντων, *Od.* Κ. 328.

v. 342.

Μνηστῆρες δ' ἀκάχοντο, κατηφησάν τ' ἐνὶ θυμῷ, Proci autem triſtes fiebant, & adfligebantur animo: dolebant, & demittebantur animo; es that ihnen im Herzen wehe, und ſie erſchraken. utrumque verbum fere notat idem, στυγνὴν λύπην. ἣ δ' μάλιστα ἤκαχ' ἀποφθιμένη, *Od* Ο. 356. Κατήφησαν τ' ἐνὶ θυμῷ. στῆ δὲ κατηφήσας, ſtabat vultu dejecto, er ſtuhnd erſchroken, Hector, cum haſtam irritam jeciſſet, nec jam haberet aliam, qua ſe defenderet ab Achille, *Il.* Χ. 293.

v. 343.

Παρὲκ μέγα τειχίον αὐλῆς, ſupra *v.* 165.

v. 344.

Αὐτοῦ δὲ προπάροιθε θυράων ἑδριόωντο, Illic autem ante januas ſedebant. ἑδριόωντο, *Od.* Η. 98.

v. 345.

Τοῖσιν — ἦρχ' ἀγορεύειν, Ad hos — cœpit loqui.

v. 346.

Ἦ μέγα ἔργον ὑπερφιάλως τετέλεσται Τηλεμάχῳ, ὁδὸς ἥδε, certe magna res ſtupendo modo effecta eſt Telemacho, iter iſtud. *coll.* 347. Vid. ad *Od.* Δ. 663.

v. 347.

Φάμεν δέ οἱ οὐ τελέεσθαι, wir dachten, es wurde ihm nicht gelingen; es wurde von ihm nicht können möglich gemacht werden.

v. 349.

Ἐς δ' ἐρέτας ἁλιῆας ἀγείρομεν, Inque eam (navem) congregemus remiges marinos, τοὺς περὶ τὴν ἅλα πονουμένους. ἐπὶ προβολῷ ἁλιεὺς, *Od.* Μ. 251.

v. 351.

Οὔπω πᾶν εἴρηθ', Nondum totum dictum erat.

v. 352.

Στρεφθεὶς ἐκ χώρης, Converſus ex eo loco, ubi erat; Reſpiciens ex eo loco,] χώρα eſt non modo locus, quem quis ſedendo, jacendo occupat, ſed etiam habitus corporis in ſedendo, jacendo: unde *mutare locum* eſt

etiam manentis in loco, ſed mutantis habitum corporis, ut *h. l.* convertendo ſe. Contra κατὰ χώρην ἔχειν eſt quieſcere, ſe non commovere. ERN.

Λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς, ſupra *v.* 324.

v. 353.

Ἱστία τε στέλλοντας, *i. e.* συστέλλοντας, Velaque contrahentes. ἐννέα νῆας στεῖλα, *Od.* Ξ. 248.

v. 354.

Ἡδὺ δ' ἄρ ἐκγελάσας, *h. l.* eſt riſus exterior, ſed præ indignatione, er lachete äuſſerlich, aber vor Verdruß, daß der Fang nicht gerathen war. ἐκ δ' ἐγέλασσε πατήρ τε φίλος καὶ πότνια μήτηρ, *Il.* Ζ. 471.

v. 355.

Μή τιν' ἔτ' ἀγγελίην ὀτρύνομεν, Ne jam legationem aliquam dimittamus.

Οἵδε γὰρ ἔνδον, dann ſie ſind wieder zu Hauſe. ἔνδον, ſupra *v.* 301.

v. 356.

Ἢ εἴσιδον αὐτοὶ, aut conſpexerunt ipſi.

v. 357.

Νῆα παρερχομένην, Navem prætervectam.

Τὴν δ' οὐκ ἐδύναντο κιχῆναι, eam autem, *ſc.* navem prætergreſſam, non potuerunt adſequi, καταλαβεῖν.

v. 360.

Supra *v.* 326.

v. 361.

Αὐτοὶ δ' εἰς ἀγορὴν κίον ἀθρόοι, Ipſi vero in forum ibant omnes ſimul, ad conventum aliquem inter ſe coibant; non præciſe in forum, ſed aliquo, ubi ſoli illi congregari poſſent, & conſultare. Ut ergo appareat notio generalis, congregatio hominum qualiscunque.] Videtur hoc moris fuiſſe apud veteres, ut redeuntibus vel nunciis vel iis, qui ad aliquod negotium, quod omnium intereſſet, peragendum demandati erant, ſtatim & e veſtigio concionem haberent: quod *h. l.* vides a procis uſurpatum. Peculiaris autem fuit concio, & procorum ſolum, reliquis omnibus, tam juvenibus, quam ſenibus, remotis: hoc eſt, ni fallor, Ithacenſibus ipſis, ne ea exaudirent, quæ contra eorum dominum

hactenus

hactenus erant machinati; fruſtra tamen, quia re infecta jam ii, qui hanc provinciam ſuſceperant, reverterunt. SPOND.

Οὐδέ τιν' ἄλλων] MS. a *Tho. Bentleio* collatus, οὐδέ τιν' ἄλλον. Atque ita in Commentario citat *Euſtathius*. CLARK. Sic & ed. Rom. Idque prætulerim: nullum alium neque de juvenibus, neque de ſenibus, qui non eſſet de numero procorum & ſociorum. ERN.

v. 362.

Μεταΐζω, una ſedeo.

Οὐδέ τιν' ἄλλον Εἴων (*pro* Εἴασον) — μεταΐζειν, nec quenquam alium Sinebant — una ſedere.

v. 364.

Ὡς τόνδ' ἄνδρα Θεοὶ κακότητος ἔλυσαν, Vide ad *Od.* Ν. 321.

v. 365.

Ἤματα μὲν σκοποὶ ἵζον ἐπ' ἄκριας ἠνεμοέσσας, Die quidem ſpeculatores ſedebant in jugis altis *ſeu* in locis editis.

Σκοπὸς, *Od.* Δ. 524. & Λ. 343.

Ἐπ' ἄκριας. δι' ἄκριας, *Od.* Ξ. 2.

Ἠνεμόεις, *Od.* Ι. 400.

v. 366.

Αἰὲν ἐπασσύτεροι, Semper ſuccedentes ſibi: Semper ſic, ut alius alii immediate ſuccederet, **daß immer einer den andern ablöſete.** Poſſit tamen & eſſe, denſi, πυκνότεροι, ſic ut non nimium eſſet intervallum loci inter has diſpoſitas hinc inde ſtationes ſpeculatorum. & αἰὲν pertinet ad ἵζον. οἱ λαοὶ θνῆσκον (*pro* ἔθνησκον) ἐπασσύτεροι, homines moriebantur denſi, & unus ſtatim poſt alium, **ſie ſturben hauffenweiſe**, *Il* Α. 383. πάντας ἐπασσυτέρους πέλασε χθονὶ, omnes, alterum ſtatim poſt alterum, dejecit ad terram, *i. e.* occidit, **er legte ſie, einen nach dem andern, zu Boden**, *Il.* Π. 418.

Ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι, *Il.* Α. 592.

v. 367.

Οὔποτ' ἐπ' ἠπείρου νύκτ' ἄσαμεν, Nunquam in littore per noctem dormivimus: ἐκαθευδήσαμεν.

v. 368.

Ἐμίμνομεν ἠῶ δῖαν, exſpectabamus auroram divinam.

 v. 369.

v. 369.

Τηλέμαχον λοχόωντες, Telemacho inſidiantes. Vide ad *Od.* Ο. 28.

Ἵνα φθίσωμεν ἑλόντες Αὐτὸν, ut occideremus intercipientes Eum; ut interficeremus, ſi deprehenderimus, Ipſum. θυμὸν ἀπὸ μελέων φθίσθαι, *Od.* Ο. 353.

v. 370.

Τὸν δ' ἄρα τείως μὲν ἀπήγαγεν οἴκαδε δαίμων, hunc autem interim jam deduxerat domum fortuna ſua favens.

Τείως, ſupra *v.* 139.

v. 371.

Οἱ φραζώμεθα λυγρὸν ὄλεθρον, ei conſultemus miſeram mortem.

v. 372.

Μηδ' ἡμᾶς ὑπεκφύγοι, neque nos effugiat.

v. 373.

Τούτου γε ζώοντος, Eo vivente, Hoc vivo.

Ου γὰρ οἴω, — ανύσσεσθαι (ob metrum *pro* ἀνύσεσθαι) τάδε ἔργα, non enim arbitror, — perfectum iri has res. ὄφρα τάχιστα νηῦς ἀνύσειε θέουσα, *Od.* Ο. 294.

v. 374.

Ἐπιστήμων, ονος, ὁ, ἡ, ſciens, peritus, prudens.

Αὐτὸς μὲν γὰρ ἐπιστήμων βουλῇ τε νόῳ τε, inquiunt proci de Telemacho.

v. 375.

Λαοὶ δ' οὐκ ἔτι πάμπαν ἐφ' ἡμῖν ἦρα φέρουσιν, Cives autem non amplius omnino nobis gratificantur, Populares autem nullam prorſus benevolentiam jam nobis præſtant: nam amant domum regiam. μητρὶ φίλῃ ἐπίηρα φέρων, matri ſuæ gratificans & amorem teſtans ſuum, *Il.* Α. 572. ἐπ' Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἦρα φέροντες, gratificantes ei auxilio ſuo & benevolentia, *Od.* Γ. 164.

Ουκ ἔτι πάμπαν, ganz und gar nicht.

v. 376.

Ὁμηγυρίζω, una congrego in unum conventum. ab ὁμήγυρις, ιος, & εως, ἡ, conventus, congregatio, *Il.* Υ. 142.

Πρὶν κεῖνον ὁμηγυρίσασθαι Ἀχαιοὺς εἰς ἀγορήν, antequam ille cives convocet in concionem. nimirum ὁμηγυρισοντά τινες,

τινες, αὖτοι, congregant ipſi ſe & conveniunt. ὁμηγυρίζονται δὲ ὑπ' ἄλλων, contrahuntur in unum ab aliis.

v. 377.

Ου γάρ τι μεθησέμεναί μιν ὀΐω, nequaquam enim quidquam remiſſurum eſſe eum puto, er wird nicht nachlaſſen. ὔ σε μεθήσει, *Od.* O. 212.

v. 378.

Ἀλλ' ἀπομηνίσει, *pro* μηνίσει, Sed iraſcetur. abundat ergo in Homero hæc præpoſitio ad hoc verbum, ſicut καλὰ in καλακοιμηθῆτω, *pro* κοιμηθῆτω, *Il.* I. 427. ἀπομηνίσας Ἀγαμέμνονι, iratus ei, *Il.* B. 772. ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος, me iram coquente, *Il.* I. 426.

Ἐρέει δ' ἐν πᾶσιν, & dicet inter omnes.

v. 379.

Φόνος αἰπὺς, cædes ultima, die völlige klägliche Ermordung. ſic *Od.* Δ. 843.

Οὕνεκά οἱ φόνον αἰπὺν ἐράπτομεν, Quod adverſus eum cædem gravem componebamus, Quod ei cædem gravem ſtruximus inſidioſe. βοείας ῥάψε (*pro* ἔῤῥαψε) θαμειάς, bovinas pelles compoſuerat ſpiſſas, er hatte unter dem Eiſenbleche Ochſenhäute dichte über einander gefüget, *Il.* M. 296. & ſine dubio compreſſionem arctam innuit hoc verbum. ἐννάετες γάρ σφιν κακὰ ῥάπτομεν, *pro* ἐράπτομεν, per novem annos illis mala cudebamus & ſtruebamus, *Od.* Γ. 118.

Οὐδ' ἐκίχημεν, nec deprehendimus eum. τὴν δ' οὐκ ἐδύναντο κιχῆναι, ſupra *v.* 357.

v. 380.

Οἱ δ' οὐκ αἰνήσουσιν ἀκούοντες κακὰ ἔργα, Et illi non probabunt audientes mala facinora.

v. 381.

Μή τι κακὸν ἔῤξωσι, *ſcil.* δείδω, *Vereor*, ne malum dent nobis.

Καὶ ἡμέας ἐξελάσωσι γαίης ἡμετέρης, & nos ejiciant in exilium, *ſc.* probi cives Ithacenſes: proci ſic loquentes inducuntur, timentes id.

v. 383.

Ἀλλὰ φθέωμεν (*pro* φθῶμεν, aor. 2. ſubj.) ἑλόντες, At accele-

acceleremus & occupemus, interficientes eum. *pro* interficere conantes. ἰφθης πεζὸς ἰὼν, *Od.* Α. 58.

Ἐπ' ἀγρῦ νοσφι πόληος, in agro, procul ab urbe.

v. 334.

Βίοτον δ' αὐτοὶ καὶ κτήματ' ἔχωμεν, Victum autem ipſi & poſſeſſiones teneamus *vel* tenebimus.

v. 385.

Δασσάμενοι κατὰ μοῖραν ἐφ' ἡμέας, Dividentes per æquas partes inter nos.

Οἰκία δ' αὖτε κείνου μητέρι δοῖμεν ἔχειν, domum autem Illius matri daremus poſſidendam. de domo regia ſermo eſt, ut Penelope ibi reſideat, & ut novus maritus ejus ſit rex.

v. 386.

Ἠδ' ὅς τις ὀπυίοι, Vid. ad *Od.* Ο. 21.

v. 387.

Ἀφανδάνω, diſpliceo.

Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει, Si autem vobis hic ſermo & hæc res diſplicet.

v. 388.

Πατρώϊα πάντα, omnia, quæ pater habuit.

v. 389.

Μή οἱ χρήματ' ἔπειτα ἅλις — ἔδωμεν, Ne ei deinceps nos adeo frequentes huc congregati facultates ſuas comedamus. & ſequitur: Ἐνθάδ' ἀγειρόμενοι. ἅλις tamen hic potius ad χρήματα pertinet: bona ei abunde comedamus.

Θυμηδὴς, έος, ὁ, ἡ, animo gratus & ſatis faciens. Ejus oppoſitum eſt θυμαλγὴς, animum crucians. χρήματα θυμηδέα, opes ſufficientes & gratas. Ex θυμὸς & ἦδος, εος, τὸ, delectatio, jucunditas, ἡδονή.

v. 390.

Ἐνθάδ' ἀγειρόμενοι, Hic congregati *vel* convenientes: *intranſitive. Tranſitive* vero eſt *Od.* Ν. 14.

v. 391.

Μνάσθω, Ambiat ſponſam.

Ἐέδνοισι διζήμενος, donis ſeu dotibus datis quærens eam ſibi. ἔεδνα, *Od.* Ο. 18.

Διζήμενος, *ibid.* 90.

v. 392.

v. 392.

Γήμαιθ', *pro* Γήμαιτο, Nubat ei.

Ὅς κεν πλεῖστα πόροι, καὶ μόρσιμος ἔλθοι, qui plurima donaverit, & a fato deſtinatus ei maritus venerit. hic verſus eſt Φήμη τις, μαντευομένη τὰ ὑπὲρ Ὀδυσσέως: λελοξευμένη (ambigue dicto) τῷ, πόροι, quod poteſt *Attice* intelligi pro ἔπορε, ut intelligatur Ulyſſes, qui olim ſponſus plurima donaverat Penelopæ ſuæ.

Μόρσιμος. πρὶν μόρσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ, *Od.* K. 175.

v. 393.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, *Od.* N. 1.

v. 394.

Τοῖσιν δ' Ἀμφίνομος] Nulla eſt tam depravata hominum ſocietas, in qua plerumque unus aut alter pernicioſa ejus conſilia non impediat; quod in hoc negotio etiam contigit. Quanquam enim unus Antinous illud conſilium de Telemacho interficiendo propoſuiſſet, tamen poterat fieri, ut in unum omnes reliqui conſpirarent: quemadmodum antea etiam de ſtruendis ei inſidiis conſenſerant, niſi hic Amphinomus obſtitiſſet, cujus ſententiæ poſtmodum ut rectiori & æquiori ſubſcripſerunt. SPOND.

v. 396.

Ὅς ῥ' ἐκ Δουλιχίου — Ἡγεῖτο μνηστῆρσι] „Hic ergo Amphinomus principem locum inter procos obtinuit, duciſque officio defunctus eſt; quam auctoritatem nunc „quoque patefecit, cum illud Antinoi conſilium refellit „& improbat.„ *Spondan.* Atqui non *omnibus* procis præeſſe dicitur hic *Amphinomus*, ſed iis ſolummodo ducem fuiſſe, qui ex *Dulichio* venerant. Vide ſupra ad *v.* 247. In univerſum certe Procorum omnium principes & duces depinguntur *Antinous* & *Eurymachus*: Ἀντίνοος δὲ καθῆστο καὶ Εὐρύμαχος θεοειδὴς, Ἀρχοὶ μνηστήρων. ἀρετῇ δ' ἔσαν ἔξοχ' ἄριστοι. Supra Δ. 628. CLARK.

Δουλιχίου πολυπύρου, *Od.* Ξ. 335.

Ποιήεις, ubi lætæ ſegetes ſunt. *Od.* Z. 124.

v. 397.

Ἡγεῖτο μνηστῆρσι, Dux erat & princeps procorum.

v. 398.

Φερτοὶ γὰρ κέχρηΤ' ἀγαθῇσιν, de optimo inter peſſimos procos, Amphinomo. Vide ad *Od.* Ξ. 421.

v. 399.

Od. H. 158.

v. 401.

— — *δεινὸν δὲ γένος βασιλήϊόν ἐςι Κλείνειν.* — — — — — —

— — *res enim periculi & timoris plena, & reverentiæ debitæ adverſa eſt, regium hæredem* ſeu *regiam ſobolem Interficere.* — — — — —

Magnam habitam regii generis rationem, liquet ex hac oratione Amphinomi. FEITH. *L. II. C. I.* §. *III.*

v. 402.

Ἀλλὰ πρῶτα Θεῶν εἰρώμεθα βουλάς, ſed primum Deorum interrogemus voluntatem.

Magnam profecto *vim* habuerunt apud priſcos *oracula* in *conſtituendo imperio.* — — Atque hæc cauſa, cur Amphinomus cenſeat conſulendam Jovis Dodonæi voluntatem, antequam Telemacho, regis filio ac heredi, necem inferant. Nimirum, quia a Jove regnum tribui credebant. &c. FEITH *L. II C. I.* §. *IV.*

v. 403.

Ἀμφὶ δ' ἄρ' αἰγείρων ὑδατοτρεφέων ἦν ἄλσος, Circum vero alnorum aquaticarum erat nemus.

Αἴγειροι, *Od.* Ι. 141. Κ. 510.

Ὑδατοτρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, ab aquis auctus & nutritus. αἰγείρων ὑδατοτρεφέων, nam amant humida loca.

Ἄλσος, *Od.* Κ. 350. & 509.

v. 209.

Πάντοσε κυκλοτερὲς, Quoquoverſum forma circulari; ad differentiam τῦ ἡμικυκλίε, überall zirkelförmig. διὰ τὸ τίμιον τῦ τοιέτε σχήματος. Vides ergo, & lucos ſacros fuiſſe rotundos: κυκλοτερὲς τόξον ἔτεινε, arcum tendebat, ut fieret rotundus ſuperne, *Il.* Δ. 124.] Pourquoi Homere remarque-t-il ici cette figure de ce bois, en nous diſant qu'il étoit *parfaitement rond*, πάντοσε κυκλοτερὲς? *C'eſt*, comme dit fort bien Euſtathe, *que la figure ronde etoit celle que les Anciens eſtimoient le plus; ils la regardoient comme ſacrée: c'eſt-pourquoi ils faiſoient leurs autels ronds, leurs tables rondes.* DAC.

Καλὰ δὲ ψυχρὸν ῥέεν ὕδωρ, frigida autem defluebat aqua. *pro* κατέῤῥεεν.

v. 210.

Ὑψόθεν ἐκ πέτρης, Ex alta petra. ſic, ὑψόθεν ἐκ κορυφῆς ὄρεος, *Od.* Β. 147.

Βωμὸς δ' ἐφύπερθε τέτυκτο Νυμφάων, ara autem ſupra ædificata erat Nympharum, in capite ejus petræ. ἐφύπερθε, *Od.* Ι. 383.

v. 211.

Νυμφάων] Cum Ithaca inſula fuerit, ac proinde aquis referta,

referta, & aquarum Numina apud Veteres exiſtimatæ ſint Nymphæ: veriſimile eſt, Nymphis multum honoris & cultus tribuiſſe Ithacenſes, maxime vero Ulyſſem. Antea enim antrum Nymphæum vidimus, nunc denuo ſacellum earundem, in quo ipſis omnes viatores ſacrificaſſe dicuntur. Ubi vides adhuc umbram pietatis, cujus uſu ne in ipſa quidem peregrinatione carere voluit ἐνηθης illa antiquitas. SPOND.

Ἐπιρέζω, ſupra facio. ex ἐπὶ & ῥέζω, facio.

Ὅθι πάντες ἐπιρέζεσκον (*Jon.* pro ἐπέρεζον) ὁδῖται, in qua (ara) omnes ſacrum faciebant viatores.

Παντες — ὁδῖται, omnes — prætereuntes: eſt ergo generale nomen de omni, qui viam facit. ὁδίταων ἀνθρώπων, *Od.* N. 123.

V. 212.

Ἔνθα σφέας ἐκίχαν', *pro* ἐκίχανε, Ibi eos invenit, er traf ſie unter wegs an. κιχάνω, *Od.* O. 260.

Μελανθεὺς erat ſervus Ulyſſis, filius Δολιχ, præfectus magno caprarum gregi, ſub ſe habens alios ſervos paſtores. Studebat quam maxime rebus procorum, & maxime fidebat Eurymacho. In Epiro habebat ſedem ſuam & opus: ſed ob ἑορτὴν celebrandam venerat eo tempore in Ithacam, ſicut & Philoetius. Eſt exemplum ſervi infidelis, & ſuperbi, & contumelioſi: & ἀγλαΐα ejus vel ex eo apparebat, quod duos ſervos ſequentes ſe adducebat ſecum.

V. 213.

Αἶγας ἄγων, αἳ πᾶσι μετέπρεπον αἰπολίοισι, Capras agens, quæ omnibus antecellebant gregibus. ὄϊν, ὃς μήλοισι μεταπρέπει ὑμετέροισιν, *Od.* Λ. 33.

Ἀιπόλια, *Od.* Ξ. 101.

V. 214.

Δύω δ' ἅμ' ἕποντο νομῆες, duo autem una ibant paſtores.

V. 215.

Τοὺς δὲ ἰδὼν νείκεσσεν, Illos autem conſpicatus increpavit.

V. 216.

Ἔκπαγλον καὶ ἀεικὲς ἔπος, Minax & indignum verbum, Horrendam & indignam vocem; ſi cogitas ſervum, qui

ea

ea uſus eſt contra herum ſuum Ulyſſem, præſentem ſed perſonatum.

Ἔκπαγλον· χειμὼν ἔκπαγλος, *Od.* Ξ. 522.

Ἀεικές. ἀεικέα πήρην, ſupra *v.* 197.

Ὄρινε δὲ κῆρ Ὀδυσῆος, commovebat autem cor Ulyſſis. Vide ſupra ad *v.* 150.

v. 217.

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει, Nunc quidem certe omnino malus malum ducit, es leitet gewüß ein Taugenichts den andern. ἤ τινα καὶ σὺ κακὸν μόρον ἡγηλάζεις, *Od.* Λ. 617.

v. 218.

Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον,

Ut ſemper ſimilem ducit Deus ad ſimilem!

wie bringet doch das Schikſal immer gleich und gleich zuſammen.] Quamvis hoc in malam partem interpretetur Melanthius, ſententia eſt nihilominus vera, ex ſimilitudine morum contrahi amicitias, quarum impius hic Melanthius auctorem agnoſcit Deum, ſed impie, cum Deus amicitias improborum non amet: quos enim ſeparatim odit, eos ne conjunctos quidem amat, nedum iis auctor eſt contrahendæ ſocietatis. Quod autem ſimilitudo morum & initium & vinculum ſit amicitiæ firmiſſimum, docebit ſatis *Ariſtot. VIII. Ethic.* Firmiſſimum inquam, quoad probos; contra vero, quoad improbos. Eſt enim minus diuturna ac ſtabilis eorum concordia. Οἱ δὲ μοχθηροὶ, inquit Philoſophus, τὸ μὲν βέβαιον οὐχ ἔχουσιν. οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες. ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον γίγνονται φίλοι, χαίροντες τῇ ἀλλήλων μοχθηρίᾳ. Vide *Platonem in Lyſide.* Proverbium illud, κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν, huc pertinet. Vide *Eraſmum in Adagiis.* SPOND.

In hoc verſu ὡς priore loco *admirantis* vim habet: in poſteriore idem valet, quod πρός. POSS. *Synt. p.* 239.

v. 219.

Μολοβρὸς, οῦ, ὁ, ἡ, eſt ὁ ἀγύρτης, καὶ μολὼν αὐτὸς εἰς βορὰν, ein Landſtreicher, ein Bettler, der ſein Futer bey andern ſuchet. paraſitus, ein Schmarozer, qui cibi cauſa ventitat ad alios. Eſt a μόλω, vel μολέω, advenio, eo: & ἡ βορὰ, vel ὁ βορὸς, per Sync. ein Herumlaufer, der zufreſſen ſuchet.

Πῆ

Πῆ δὴ τόνδε μολοβρὸν ἄγεις; Quo tandem iſtum ſectatorem ciborum ducis?] Videtur dolere Melanthius, quod alius præter procos bona Ulyſſis conſumat, quod facturum hunc egenum judicat, unde eum voracem appellat, & conviviorum deſtructorem: quod etiam ægre laturos procos intelligit, quibus cum ipſe bene velit, ideo etiam conatur hunc ab eorum acceſſu prohibere. SPOND.

Ἀμέγαρτε συβῶτα, ad Eumæum: invidia non digne ſubulce, ὁ εὐτελὴς καὶ ἄζηλος, ᾧ οὐκ ἄν τις φθονήσοι τοῦ συβώτου: imo & ἀχρεῖος, non pro re magna habendus, καὶ διὰ τὴν ἀτεχνίαν ἀμέγαρτος. du Taugenichts, du Unnützer. Pertinet hæc, ſicut plurima alia, inter voces ſubtiles, vix ſibi pares in aliis linguis habentes; & cogitationum plus, quam aptæ verſionis, præbentes. ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν, *Od.* Λ. 399.

v. 220.

Πτωχὸν ἀνιηρὸν, Mendicum miſerum *ſeu* moleſtum, den beſchwerlichen Bettler: nam hæc eſt ſumma paupertatis miſeria, quod ſæpe non modo non miſericordiam movet, ſed inſuper alios moleſtia afficit; ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐλεεῖται, ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἀνιᾷ. αὐτῷ μὲν οἱ πρῶτον ἀνιηρέστερον ἔσται, ipſi primum tædioſius & moleſtius omne fiet, quod hic fit, *Od.* B. 190. ubi hæc forma Comparativi eſt *pro* ἀνιαρότερος.

Ἀπολυμαντὴρ, ῆρος, ὁ, purgator, ſordes auferens, ein Abwaſcher. ab ἀπολυμαίνω, ſordes abluo. *in ſpecie* autem eſt verbum ſacrum, quando homines oblatis ſacrificiis purgantur & luſtrantur: quæ ſacrificia deinde in mare projiciebantur, quod omnia purgamenta recipit. Vide ad *Il.* A. 313. 314.

Δαιτῶν ἀπολυμαντῆρα, Sic vocantur homines famelici & egeni, qui reliqua in lancibus aut menſis vorant: Tellerlecker, τὰ τῶν δαιτῶν λύματα, *i. e.* καθάρματα ἀποφερόμενοι ἢ ἐσθίοντες. Ut ergo *h. l.* ſpecialem vocis uſum videas, de quo vide *Athenæum.* Cave autem, vaſtatorem aut perniciem interpreteris: eſt enim, qui ſordidas convivii reliquias aut abjectanea vorat præ fame.

v. 221.

v. 221.

Φλιὰ, ᾶς, ἡ, poſtis januæ. *in ſpecie* aſſer, quo poſtis eſt veſtitus. a θλίβω. quaſi θλιὰ, *Æolice* mutato θ. ut Poëta ipſe innuit. & Φλιαὶ *in genere* ſunt aſſeres complanati probe, aut ex ejusmodi aſſeribus facta.

Φλίβω, *Æolice* pro θλίβω. & idem fere cum φλάω, quod eſt idem quod θλάω, tundo, ferio, contundo: *Æolica* mutatione τῦ θ in φ. ſic φὴρ *Æolice* pro θήρ. Conf. WELL. *Gramm. Gr. p.* 50. & FISCH. *Animadv. in eam, p* 58.

Ὅς πολλῇσι φλιῇσι παρςὰς φλίψεται ὤμους, Qui multis januarum poſtibus adſtans atteret ſibi humeros: reclinando ſe seniliter ad poſtes, dum mendicat.

v. 222.

Αἰτίζων ἀκόλους, de mendico: Rogans fruſta cibaria. ὁπότε τοιῦτος ἀνὴρ αἰτίζῃ, ſi talis vir roget, *Od.* Δ. 651.

Ἄκολος, ου, ὁ, ἡ, buccella, μικρὸς ψωμὸς, ein Biſſen. idem fere qui ὁ πύρνος. & eſt a τὸ κόλον, ου, cibus: cum α *deminutivo.* Poſſis & a κολούω, trunco, deminuo, factum dicere, cum α *privativo.* quaſi οὐκέτι κολούεσθαι καὶ εἰς μικρὰ τέμνεσθαι ſolitus: nam ejusmodi buccellæ integræ ori ingeruntur, & ibi comminuuntur. Sed ex noſtra mente ἄκολος eſt ψωμὸς ὀλιγοτρόφος: nam una buccella non ſatiat eſurientem. αἰτίζων ἀκόλους, mendicans fruſtula, panis aut carnis, οὓς οὐκ ἄν τις ἔχοι κολούειν ἤτοι κολοβοῦν, σμικροτάτους ὄντας.

Οὐκ ἄορας, οὐδὲ λέβητας, non mulieres, nec lebetes: qualia dantur magnatibus dono, nam & γυναῖκες donabantur a divitibus. Hoc vult Melantheus: hic mendicus panis fruſta tantum, non vero magnificas res, *e. c.* formoſas ancillas; aut vaſa honorifica, ſibi petet. ἀμύνειν ὤρεσσι, defendere τὰς οἰκείας γυναῖκας, *Il.* E. 486. ἀνδράσι μαρναμενὸς ὀάρων ἕνεκα σφετεράων, pugnans cum viris propter uxores veſtras: inquit Achilles ad Ulyſſem, & intelligit unam tantum Helenam, *Il.* I. 327.

Ἄορ, ἄορος, ἡ, & *transpoſite* ὄαρ, ὄαρος, ἡ, & *contracte* ἡ ὦρ, ος, conjux, uxor: ἡ συνεζευγμένη καὶ ὁμοῦ οὖσα τῷ ἀνδρὶ γυνή. *in genere deinde* eſt, mulier; imo *generalius* etiam, familiaritate conjunctus, ὁ, ἡ. Eſt ergo ab ἀείρω, jungo.

Λέβητας.

Λέβητας. Vide ſupra ad *v.* 92.

v. 223.

Σταθμῶν ἔντοσθεν, ſupra *v.* 187.

v. 224.

Σηκοκόρος, ου, ὁ, ἡ, qui ſtabulum verrit & purgat: der die Bauerhütte oder den Stall rein hält. Eſt forma ut in νεωκόρος. σηκὸς eſt ἡ μάνδρα. a σήκω, ſtatuo, ſtabulo. *pro* σηκός. hinc & οἱ σταθμοὶ, *i. e.* αἱ τῶν ζώων ἐπαύλεις. *Deinde* apud Recentiores ὁ σηκὸς notat templum, ναόν: quia ibi animalia ſtatuuntur, ut immolentur.

Σηκοκόρον τ' ἔμεναι, Et ut purgator ſtabuli ſit, ein Ausmiſter.

Θαλλὸς, & θαλὸς, οῦ, ὁ, frons viridis: folia viridia. a θάλω, & per uſum θάλλω, germina emitto & protrudo. nam *propr.* de plantis dicitur, quando frondes emittunt & virent.

Θαλλόν τ' ἐρίφοισι φορῆναι, & ut frondem hœdis ferat: quod deinde in *proverbium* abiit, ut ὁ θαλλοφόρος diceretur ὁ μηδὲν χρήσιμος ἀλλ' ἢ βοσκήμασι θαλλὸν παραβάλλειν. nam θαλλὸς eſt & ἡ φυλλὰς, & ὁ κλάδος δένδρου. Attici hanc vocem maxime appropriavere oleæ.

Φορῆναι, *Il.* B. 107.

v. 225.

Καί κεν ὀρὸν πίνων, & ſane ſerum lactis bibens. Vide ad *Od.* I. 222.

Ἐπιγουνὶς, ίδος, ἡ, femur, femen, das dike Bein, die Lende, der Scheukel. ὁ ἀνωτέρω τοῦ γόνατος τόπος.

Μεγάλην ἐπιγουνίδα θεῖτο, magnum femur faceret, *i. e.* εὐσαρκίαν, ἰσχὺν: parte poſita pro toto.

v. 226.

Ἐπεὶ οὖν δὴ ἔργα κάκ' ἔμμαθεν (ob metrum, pro ἔμαθεν,) poſtquam nunc ſane ſtudiis malis adſuevit, &c. Senſus eſt: καθὰ ὁ ἀγαθὸς ἀνὴρ οὐ ῥᾷον ἀλλοιοῦται, ἐπεὶ ἔμαθεν εἶναι ἀγαθὸς καὶ ἐσθλός: οὕτως οὔτε ὁ φαῦλος, ἐπεὶ ἔργα κακὰ ἔμαθε. δυσαπόβλητοι γὰρ, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀναπόβλητοι, ὥσπερ αἱ ἀγαθαὶ ἕξεις, οὕτω δὴ καὶ αἱ φαῦλαι. de habitu acquiſito ergo μαθεῖν eſt intelligendum.

v. 227.

Οὐκ ἐθελήσει Ἔργον ἐποίχεσθαι, non volet Opus ruſticum obire *vel* facere.

Ἀλλά

'Αλλὰ πλώσσων κατὰ δῆμον Βέλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαςέρ, ſed reptans timide & curvato dorſo per urbem Mavult mendicando paſcere ſuum ventriculum; ſich bettelhaft bükend vor den Leuthen. τί πλώσσεις; cur es timidus, & depreſſus animo? *Il.* Δ. 371. ὐδ' ἄρ ἔτι δὴν ἀλλήλυς π'ιώσσοιμεν, non ſane jam diu nos invicem fugitabimus per militares ordines, ut nos tueamur in multitudine, *Il.* Υ. 427. Τρῶες πλῶσσον (*pro* ἔπlωσσον) ὑπὸ κρημνὸς, præ timore abſcondebant ſe depreſſi ſub ripas altiores fluminis; ut notetur κεῦψις διὰ δειλίας, *Il.* Φ. 26.

v. 228.

Βέλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαςέρ, Vult mendicando paſcere ſuum ventriculum. αἰτίζων ἀκόλυς, ſupra *v.* 222.

Βόσκειν ἣν γαςέρ, *h. l.* βόσκειν de γαςέρι ὡς ἐπὶ ἀλόγυ ζώυ dictum.

"Αναλτος, υ, ὁ, ἡ, quod expleri & ſatis apte curari nequit. γαςὴρ ἄναλτον, ventriculum inexplebilem, τὴν ἀπλήρωτον καὶ ἀκόρεςον, ἢ ἀεὶ ἐν ταπεινώσει ὖσα, καὶ μὴ ἀλδαινομένη, *i. e.* αὐξομένη, ἐν τῷ κορέννυσθαι. Ex α priv. & ἄλθω, & ἀλθέω, augeo. *item* compleo.

v. 229.

Vide ad *Od.* Π. 440.

v. 231.

Σφέλας, αος, τὸ, ſcabellum, ὑποπόδιον, ein Fuß-Bänkchen. dictum διὰ το, ἐᾶον σφάλλεσθαι ἤγυν ἀναλγέπεσθαι, διὰ σμικρότητα.

Πολλὰ — σφέλα (*per Apocop.* pro σφέλατα) — ἐκ παλαμάων, videntur ſic dici in genere βέλη, jaculamenta, quæ manu jaciuntur in aliquem, βελῶν ἐνέναγματα, incuſſiones jaculamentorum, τὰ δυνάμενα σφῆλαι, *i. e.* ἐμποδίσαι καὶ μετακινῆσαί τινα, Stüke, womit man jemanden wirft, daß er wovon abgehalten oder zum fallen oder weichen gebracht werden ſoll. Ut ergo hîc præciſe non ſint ſcabella, ſed βέλη omnis generis.

Πολλά οἱ ἀμφὶ κάρη σφέλα κ. τ. λ. latera ejus deterent multa ſcabella circa caput ejus, ſc volantia, & contra caput ejus miſſa; ſed declinatione capitis incidentia in latus. Alii id explicant de capitibus βαλλοντων, quorum manus

manus ictum meditantes elevantur ad capita ipſorum: ſed præſtat, οἱ ἀμφὶ κάρη intelligere pro ἀμφὶ αὐτόν.

Ἀνδρῶν ἐκ παλαμάων, aus den Händen der Herren. παλάμηφιν, ſupra *v.* 4.

V. 232.

Πολλά οἱ ἀμφὶ —— Πλευραὶ ἀποτρίψουσι, Senſus eſt: πολλὰ σφέλα (ſcabella pedum) ξύλα σκοπὸν μὲν ἀμφὶ τὸ τοῦ Ὀδυσσέως κάρη πεμπόμενα (deſtinata quidem adverſus caput ejus) τῇ δὲ τοῦ Ὀδυσσέως παρεκκλίσει (celeri declinatione corporis) ἐνεκπίπτοντα (incidentia) ταῖς αὐτοῦ πλευραῖς, ἀποτρίψουσιν (deterent) αἱ οὕτω πληττόμεναι πλευραί. Alii tamen τὸ, ἀμφὶ κάρη, intelligunt de capite, non τοῦ βαλλομένου, ſed τοῦ βάλλοντος: nam qui conjicere vult gravius quid, ad caput ſuum elevat manum ſuam. Ceterum ἀστείως ſic loquitur Poëta, quod coſtæ & latera Ulyſſis deterent eas ligneas res, non vero hæ coſtas: ut innuat, firmiores eſſe coſtas ejus ſcabellis iis. Sic alius jocans dixit: πολλὰς μάστιγας ὁ νῶτος κατέτριψε.

Ἀποτρίβω, detero.

Βαλλομένοιο, hic genitivus reſpicit ad præcedens οἱ, ei, ut ſit pro βαλλομένῳ. nam hi duo caſus facillime inter ſe permutantur: & omnino Genitivus græcus neſcit σολοικισμὸν ποιεῖν.

V. 233.

Παριών, accedens, *Od.* Δ. 527.

Λὰξ ἔνθορεν — Ἰσχίῳ, calce inſiliit — pede impetum fecit — In coxam peregrini illius perſonati, qui ipſe dominus ejus erat; er ſprunge mit dem Fuß an ſeine Lende, ſtieß ihn mit dem Fuß; & notat id extremam τοῦ Μελανθίου ἀπαιδευσίαν, qui ignotum ſibi & innocentem hoſpitem in via publica ſic tractabat; & is hoſpes, ſub mendici ſenis perſona, erat herus & rex ejus, Ulyſſes: quam proterviam deinde graviſſimo ſupplicio expiavit. λὰξ ποδὶ κινήσας, *Od.* O. 45.

Ἔνθορεν. λέων ἐν βουσὶ θορών, irruens in armenta, *Il.* E. 161. ἔνθορ' ὁμίλῳ, inſiliit in confertam aciem. *pro* ἐνέθορε, *Il.* O. 623, Vid. & ad *Il.* Φ. 18. & Ω. 79

Ἀφραδίῃσιν, ex temeritate & ſtoliditate: nam incogitantiæ ſummæ eſt, ignotum, ſenem, ſine cauſſa lædere gravi-

graviter; cum neſcias, quid vindictæ de te ſumere poſſit. Vide ad *Od.* Ξ. 481.

v. 234.

Ἰσχίῳ, In coxam heri ſui perſonati. ἰσχίον, *Il.* Ε. 305.

Οὐδέ μιν ἐκτὸς ἀταρπιτοῦ ἐστυφέλιξεν, neque eum extra ſemitam dimovit impulſu iſto, neque eum ex ſemita proturbavit & depulit ictu ſuo duro. ξείνους τε στυφελιζομένους, *Od.* Π. 108.

Ἀταρπιτὸς, *Il.* Σ. 565.

v. 235.

Ἀλλ' ἔμεν' ἀσφαλέως, Sed ſtetit firmiter, nec vacillabat aut cadebat. ἡ δὲ μάλ' ἀσφαλέως θέεν ἔμπεδον, *Od.* Ν. 86.

Μερμήριξεν, deliberavit.

v. 236.

Ἠὲ μεταΐξας ῥοπάλῳ ἐκ θυμὸν ἕλοιτο, pro ἐξέλοιτο, Utrum irruens baculo craſſo *vel* clava interficeret eum.

Μεταΐξας, *Il.* Φ. 564. μεταΐσσων, *Il.* Π. 398.

Ῥόπαλον, ſupra *v.* 195.

Ἐκ θυμὸν ἕλοιτο, Vide ad *Od.* Α. 200.

v. 237.

Ἢ πρὸς γῆν ἐλάσειε κάρη, An terræ infligeret caput ejus. βόας ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε, *Od.* Λ. 289.

Ἢ πρὸς γῆν ἐλάσειε κάρη, ἀμφ' οὖδας, ἀείρας, An ad terram allideret caput ejus, circa ſolum, attollens eum. utraque phraſis idem notat: nam qui terræ allidere alicujus caput vult, is debet eum attollere ante. πρὸς γῆν ergo & ἀμφ' οὖδας eſt idem, ἐκ παραλλήλου poſitum. Alii *h. l.* adverbialiter legunt, ἀμφουδὶς, eodem ſenſu, *i. e.* πρὸς τῇ γῇ, ἢ πρὸς γῆν, ad ἐλάσειε quoque pertinens.

Οὖδας, *Od.* Ν. 395.

Ἀμφ' οὖδας ἀείρας, Senſus eſt: ἐβουλεύσατο, ἢ ἀνέλοι τὸν κακὸν τῷ ῥοπάλῳ, ἢ ἀείρας ἀμφουδὶς (ſic enim legunt quidam) *i. e.* ἐκ γῆς, πρὸς γῆν αὖθις ἐλάσειεν τὴν ἐκείνου κεφαλὴν, conſultabat ſecum, an interficeret eum clava, an comprehenſum ex terra elevaret, & converſum caput ejus ſolo allideret. Alii hic pro ἀείρας legunt ἐρείσας, ut ſit: πρὸς τῇ γῇ ῥίψας, ad terram ſtatuens converſum caput. Senſus manet idem; volebat enim caput ejus

ad

ad terram convertere; ἀείρας tamen multo præſtat. ἀείρας πάντα μάλ', *Od.* Π. 285.

v. 238.

Ἀλλ' ἐπέτολμησε, φρεσὶ δ' ἔχετο, Sed pertulit id, & cohibuit ſe in pectore, ἔτλη καὶ ἔμεινε: & poſterius eſt explicatio prioris. σοὶ δ' ἐπιτολμάτω κραδίη καὶ θυμὸς ἀκούειν, tuumque cor & animus ſuſtineat & perduret audire, obfirmet ſe contra hæc narrata & ad hæc, ne debilitetur: laß dein Herz ſtandhaft genug ſeyn, das mit anzuhören, *Od.* A. 353.

Φρεσὶ δ' ἔχετο, & cohibuit ipſe ſe in animo, er hielte an ſich. οἱ δὲ ἔχοντο μάχης, abſtinebant ſe a pugnando, ſie ließen nach, *Il.* Γ. 84. Vide & ad *Od.* N. 2.

v. 239.

Νείκεσεν, Reprehendit. νείκεσσεν, ſupra *v.* 215.

Ἄντα ἰδών, intuitus. ἄντα, *Od.* Π. 416.

Μέγα δ' εὔξατο, χεῖρας ἀνασχών, Vide ad *Od.* N. 355.

v. 240.

Κρηναῖος, αία, αῖον, fontanus, ad ſcaturiginem pertinens. Νύμφαι κρηναῖαι, Nymphæ fontanæ.

v. 241.

Ὕμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηε, Vobis femora combuſſit. *pro* ἐπέκηε. Vid. ad *Od.* Γ. 9. *Il.* X. 170.

Καλύψας πίονι δημῷ, cooperiens pingui adipe: nam adeps facilius ardet, & facit nidorem ſuaviorem. Vid. ad *Od.* Ξ. 428.

v. 242.

Ἀρνῶν, ἠδ' ἐρίφων, *ſc.* μηρία, incendit Diis.

Τόδε μοι κρηήνατ' (*pro* κρηήνατε) ἐέλδωρ, hanc mihi efficite voluntatem meam: ita Eumæus precatur Nymphas. ſic inquit Neſtor ad filios ſuos, *Od.* Γ. 418.

v. 243.

Ἀγάγοι δέ ἑ Δαίμων, & adducat eum Deus.

v. 244.

Τῷ κέ τοι ἀγλαΐας γε διασκεδάσειεν ἁπάσας, Tunc ſane tibi arrogantias diſſiparet omnes, er würde dir das vornehme Weſen vertreiben: inquit ſervus fidelis ad alterum infidelem & ſuperbum. τὴν (σχεδίην) μὲν ἔπειτα θύελλα διεσκέδασ', *Od.* H. 275.

'Αγλαΐας, comtus & lautitias, deine vornehm thuende Zierlichkeiten. ἀγλαΐα, *Od.* Ο. 78.

v. 245.

Τὰς (ἀγλαΐας) νῦν ὑβρίζων φορέεις, Quas (elegantias) nunc injurioſus præ te fers, Quas nunc inſolenter circumfers. Innuuntur veſtes elegantiores, quas iſte ſervus inſolens gerebat in corpore, & quibus ſuperbiebat; una cum geſtu ad jactantiam & nobilitatem vel quaſi compoſito.

'Αλαλήμενος αἰὲν ἄστυ κάτ', oberrans ſemper per urbem: nam ea quoque eſt ἄλη vel πλάνη, ſi quis extra ſua ſibi mandata officia alibi circumvagatur otioſus; & loquitur Eumæus ad Melanthium. καὶ ἀνθρώπους ἀλάλησθαι, *Od.* O. 276.

v. 246.

Μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες, pecudes mali corrumpi ſinunt paſtores. φθείρεσθ', *pro* φθείρεσθε, perdimini, perite: imperat. Paſſ. *Il.* Φ. 128.

v. 247.

'Αιπόλος αἰγῶν, caprarius, qui capras curat & paſcit: *Melanthius.* αἰπόλοι ἄνδρες, *Il.* Β. 474.

v. 248.

"Ω πόποι] Perſuaſum hoc habebat Melanthius, Ulyſſem periiſſe, ideo ſubſannat Eumæum orantem Nymphas pro ejus reditu. Fiducia eum proterviorem faciebat, adeo ut non ſolum ad procorum partes tranſiſſet, verum etiam reliquis, (in quorum numero fuit hic noſter Eumæus,) qui adhuc aut Ulyſſi favebant, aut ejus reditum optabant, eſſet infenſiſſimus. Hinc Eumæo minatur, tacite tamen, & conſciis tantum ſuis ſociis, ſe eum longe ab Ithaca abducturum, ut eum vendat, & inde lucrum ingens faciat. Hoc enim eſt, ni fallor, quod dicit: ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι. Tum ut doceat, quam vere & firmiter interitum Ulyſſis credat, tam certam optat hodierno die eſſe mortem, ac illi jam contigit: ut nihil ſibi ad nequitiam hic Melanthius reliquum feciſſe videatur. SPOND.

Οἷον ἔειπε κύων, quale dixit canis.

'Ολοφώϊα εἰδὼς, eſt hîc contumeliæ vox. Vide ad *Od.*

Od. K. 289.] Non abſonum foret, ſi *h. l.* interpretaremur *improbus*, nam & verba & res patiuntur. ERN.

V. 250.

Ἄξω τῆλ' Ἰθάκης, Deportabo procul ab Ithaca.

Ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι, & vendam, ut mihi multam pecuniam ex hac venditione pariat. ἄλφοι ὑμιν μυρίον ὦνον, *Od.* O. 452.

V. 251.

Αἲ γὰρ Τηλέμαχον βάλοι — Ἀπόλλων, Utinam Telemachum percutiat ſubita morte — Apollo,] Optat *Telemacho* mortem ſubitaneam; vel ut a Procis propediem occidatur. Ut recte *Barneſius*. Vide ſupra ad *Od.* O. 409. CLARK. Voilà l'état de ces valets perfides : ils deſirent la mort de leur maître pour continuer leurs deſordres, & pour être ſeurs de l'impunité. DAC.

V. 252.

Ἠ ὑπὸ μνηςῆρσι δαμείη, vel a procis interficiatur.

V. 253.

Ὡς Ὀδυσῆΐ γε τηλοῦ ἀπώλετο νόςιμον ἦμαρ, Sicut Ulyſſi quidem procul hinc periit reditus. νόςος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο, meines Vaters Rückkehr iſt verlohren, *Od.* A. 413. Νόςιμον ἦμαρ, *Od.* Π. 149.

V. 254.

Ἦκα κιόντας, lente euntes. ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα ἠγόρευον, ſubmiſſa voce ad ſe invicem dicebant, ſie fliſterten ſich einandern ins Ohr, *Il.* Γ. 155. nam pudebat ſenes, clare ea dicere. χιτῶνας ἦκα ςίλβοντας ἐλαίῳ, leniter nitentes, quaſi oleo eſſent uncti, *Il.* Σ. 596. πνοιὴ, ἦκα μάλα ψύξασα, valde leniter ſpirans halitus, *Il.* Υ. 440. κλινθῆναι ἦκ' ἐπ' ἀριςερὰ, inclinari paullulum ad ſiniſtram, *Il.* Ψ. 336.

V. 258.

Τῷ παρὰ μὲν κρειῶν μοῖραν θέσαν, (*pro* παρέθεσαν αὐτῷ) οἱ πονέοντο, Ei quidem carnium portionem appoſuerunt, qui occupati erant circa ſecandas & diſtribuendas carnes. ἄγγεα, τοῖς ἐπονεῖτο, *Od.* Π. 13.

V. 259.

Supra *v.* 94.

v. 260.

'Αγχίμολον — ἐρχομένω, propius — accedentes : de loco. Vide ad *Od.* O. 95.

v. 261.

Περὶ δὲ σφίας ἤλυθ' (*pro* περιήλυθε) ἰωὴ Φόρμιγγος, circumſonuit autem eos ſonus Citharæ. *i. e.* ἠχύθη ἡ Φόρμιγξ. ὑπο Ζεφύροιο ἰωῆς, per flatum Zephyri, bey dem gehen des Weſtwindes : nam ventus procedit quaſi, & ſecum rapit alia, *Il.* Δ. 276. τὸν δ' ἄιψα περὶ Φρένας ἤλυθ' ἰωὴ, pro περιήλυθε, *i. e.* ἡ Φωνὴ ἠχύθη ὑπ' αὐτῦ ταχὺ, *Il.* K. 139.

v. 262.

Φόρμιγγος γλαφυρῆς, Citharæ cavæ.

'Ανὰ γὰρ σφίσι βάλλεῖ' ἀείδειν Φήμιος, Vide ad *Od.* Θ. 266.

v. 263.

Φήμιος, ου, ὁ, Poëta & Muſicus doctiſſimus. Dicitur fuiſſe præceptor Homeri in arte muſica & poëtica: hinc Homerum conſecraſſe nomen ejus memoriæ æternæ. Tribuit ei σύνεσιν, nam invitus verſatur cum procis; & σοφίαν, nam permulta ſcit.

v. 265.

'Ρεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐςὶ, *Od.* Z. 300.

v. 266.

'Εξ ἑτέρων (*ſc.* δωμάτων, ædificationum) ἕτερ' (*pro* ἕτερα) ἐςίν. *i. e.* ὐ μονόςεγα, ἀλλ' ὑπερῷα, mehr als ein Stockwerk.

'Επασκέω, curam impendo, cum cura facio & orno: inſuper addo cum cura. ex ἐπὶ & ἀσκέω, curo accurate, cum cura elaboro, tracto ſtudioſe.

'Επήσκηται δέ οἱ αὐλὴ Τοίχῳ καὶ θριγκοῖσι, probe curata autem & ornata eſt ei aula Pariete & ſeptis,] 'Επήσκηται αὐλὴ, *inſtructa*, vel *munita* eſt aula. ERN.

v. 267.

Τοῖχος circa aulam domus regiæ in Ithaca eſt idem, qui τὸ ἔρκος & τὸ τειχίον.

Θριγκοῖσι, de regia Ulyſſis; & pluralis eſt διὰ τὸ τῦ τοίχυ μέγεθος, ob altitudinem parietis aulam cingentis: eſt ergo hic ornatus ſuperior muri circa aulam. περὶ δὲ θριγκὸς κυάνοιο, *Od.* H. 87.

Θύρας

Θύρω — ἐυεργέες, januæ — bene & denſé factæ. ἐυεργέα λάπην, *Od.* N. 224.

v. 268.

Δικλίδες, Quæ uno peſſulo oppoſito clauduntur. δικλίδες πύλαι, *Il.* M. 455. σανίδες δικλίδες, *i. e.* θύρω δικλίδες, *Od.* B. 345.

Ὑπεροπλίζομαι, vi & armis ſupero, armis & inſtrumentis ſupero: expugno.

Ουκ ἄν τίς μιν (αὐλὴν, τὴν αὐλὴν τῶν δωμάτων) ἀνὴρ ὑπεροπλίσσαιτο, dieſen Hof, der ſo wohl verwahret iſt, ſollte wohl niemand mit Gewalt einnehmen und erſteigen, δι' ὑπεροπλίαν βλάψη.

v. 269.

Γιγνώσκω, ſentio.

Δαῖτα τίθενται, convivium inſtituunt, *vel* epulantur.

v. 270.

Ἐπεὶ κνίσση μὲν ἀνήνοθεν, quoniam nidor dapum adſcendit. ſic *Il.* A. 266. de ſanguine profluente ex vulnere ponitur. Vide etiam ad *Od.* A. 319.

v. 271.

Ἐν δέ τε (*ſc.* δώμαλι) Φόρμιγξ Ἠπύει, intus autem cithara Clare ſonat. *h. l.* eſt ſimpliciter pro Φωνεῖ, & ponitur etiam de ſono inſtrumenti muſici, *Poëtice.* ἠπύει ποιμένα ποιμὴν ἐισελάων, *Od.* K. 83.

— ἣν ἄρα δαιτὶ Θεοὶ ποίησαν ἑταίρην,

— *quam utique convivio Dii fecerunt ſociam.*

Vide ad *Od.* Θ. 99.

v. 273.

Ἐπεὶ ὐδὲ τά τ' ἄλλα περ ἐσσ' (*pro* ἐσσὶ) ἀνοήμων, & præcedit: ῥεῖ' (*pro* ῥεῖα) ἔγνως, du haſt es leicht erkannt: dann du kanſt auch ſonſt gar bald etwas merken. Τηλέμαχ', ὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσεαι, ὐδ' ἀνοήμων, non ignavus eris, neque ſtolidus. ὐκ ἀνόητος, non talis, qui nihil poteſt introſpicere recte, *Od.* B. 270.

v. 274.

Φραζώμεθ', Conſideremus. *pro* Φραζώμεθα, *Od.* Π. 371.

Ὅπως ἔςαι τάδε ἔργα, ſupra *v.* 78.

v. 276.

Δύσεο δὲ μνηστῆρας, Subi autem procos, gehe unter ſie in ihre Verſammlung. δυσέτό τ' ἠέλιος, *Od.* O. 185.

Ἐγὼ δ' ὑπολείψομαι αὐτοῦ, & ego relinquar hic, ich will hier zurück bleiben, und warten, biß du hinein biſt. ὑπέλειπον ἐόντες, *Od.* Π. 50.

v. 277.

Ἐπίμεινον, exſpecta tu hic, mane hic.

Ἐγὼ δ' εἶμι προπάροιθε, & ego ibo præ.

v. 278.

Μηδὲ σὺ δηθύνειν, Neque tu diutius morare, ſaume du auch nicht. infin. pro imperat. μὴ βράδυνε. ἦν γὰρ δηθύνησθα, *Od.* M. 121.

Μή τίς σ' ἔκτοσθε νοήσας, ne quis te foris conſpiciens.

v. 279.

Ἢ βάλῃ, ἢ ἐλάσῃ, entweder werfe, oder ſchlage: Aut jactu feriat, aut percutiat cominus. βάλῃ eſt eminus τύψῃ, ſicut ἐλάσῃ eſt ἐγγὺς τύψῃ: ergo ἡ πληγὴ & ἡ ἔλασις ſæpe ſunt idem. *coll.* 283. ubi ad ἐλάσῃ reſpondet τὸ, πληγῶν.

Τάδε σε φράζεσθαι ἄνωγα, hæc de conſiderare jubeo.

v. 281.

Supra *v.* 193.

v. 282.

Ἔρχευ προπάροιθεν, i præ.

v. 283.

Οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων, οὐδὲ βολάων, Non enim ſum plagarum (cominus) imperitus, neque ictuum (eminus) ich habe Hiebe und Schüſſe, Schläge und Würffe, aushalten gelernet, wann es nöthig iſt.

Οὐ γάρ τι, *pro* ὅτι γὰρ, nequaquam enim.

Πληγέων (*pro* πληγῶν) ἀδαήμων, indoctus perferendi plagas, *vel* indoctus plagarum. μάχης ἀδαήμονι φωτὶ, *Il.* E. 634.

Βολάων, (*pro* βολῶν,) ictuum. ὀφθαλμῶν βολαὶ, conjectus oculorum, die ſchnellen Wendungen der Augen, und die zugleich ſcharf anſehen, was ſie anſehen: Feuer der Augen, *Od.* Δ. 150.

v. 284.

v. 284.

Τολμήεις μοι θυμὸς, ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέπονθα, Patiens mihi eſt animus, quia mala multa paſſus ſum; poſſum ideo multa ferre & ſubire. *coll.* 283. οὐκ ἂν δή τις ἀνὴρ πεπίθοιτο ἑῷ αὐτοῦ θυμῷ τολμήεντι, μετὰ Τρῶας ἐλθεῖν; an non aliquis confideret ſuo confidenti animo, ire ad Trojanos, in caſtra eorum? nam non fortitudo ſolum, ſed & audacia opus erat ad talem rem ſubeundam, *Il.* Κ. 205.

Πέπονθα, paſſus ſum. perf. Med. *pro* πέποθα, a πήθω. fut. 2. παθῶ. πέπονθας, *Od.* Ν. 6.

v. 285.

Μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω, una cum illis *vel* poſt illa etiam hoc fiat.

v. 286.

Γαστέρα δ' οὔπως ἐστὶν ἀποκρύψαι, Ventriculum autem non licet occultare, Ventriculus autem non poteſt diſſimulari: fames non diſſimulari diu poteſt. *vel* &, non poteſt aboleri, quoad vivas.

Γαστέρα — μεμαυῖαν, Ventriculum — cupidum, deſiderio cibi incitatum.

v. 287.

Οὐλομένην, Damna creantem, niſi deſiderio ejus fiat ſatis. Vid. ad *Od.* Θ. 343. 344.

Ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσι, qui multa mala hominibus conciliat.

v. 288.

Τῆς ἕνεκεν καὶ νῆες] Car ſi on y prend bien garde, la plupart des guerres & ſur terre & ſur mer, ſont entrepriſes pour ravir le bien des autres, ou pour conſerver le ſien, & le tout pour la bonne chere, pour le luxe, &c. *Ariſtophane* a bien ſçu profiter de cet endroit. DAC.

Νῆες εὔζυγοι, Vide ad *Od.* Ν. 116.

Ὁπλίσσω, *idem quod* ὁπλίζω, inſtruo, conſtruo, apto.

Νῆες — ὁπλίσσονται, naves — ornantur & inſtruuntur in mare.

v. 289.

Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον, *Od.* Β. 370.

Κακὰ δυσμενέεσσι φέρουσαι, mala inimicis inferentes.

v. 291.

Ἂν δὲ κύων κεφαλήν τε καὶ οὔατα κείμενος ἔσχεν, *pro* ἀνέσχεν, Canis autem caputque & aures jacens ſuſtulit, ὤρθωσεν, ἀνήγειρεν, er ſpißete ꝛc. adveniente procul domino.

v. 292.

Ἄργος, ου, ὁ, eſt apud Poëtam nomen proprium canis venatici. ab ἀργὸς, *i. e.* ταχύς.

Ὃν ῥα] *quem ſcilicet.*

v. 293.

Θρέψε μὲν αὐτὸς κύνα, οὐδ' ἀπόνητο, Educavit quidem ipſe canem hunc, ſed nullum ex eo fructum habuit, er hat ihn nicht zum Gebrauch genoſſen. μοῦνον ἔμ' ἐν μεγάροισι τεκὼν λίπεν, οὐδ' ἀπόνητο, *Od.* Π. 120.

v. 294.

Τὸν δὲ πάροιθεν ἀγίνεσκον (*pro* ἦγινεον) νέοι ἄνδρες, hunc autem (canem) ducebant adoleſcentes (viri novi) contra capras feras. μῆλον ἀγινεῖ, *Od.* Ξ. 105.

v. 295.

Αἶγας ἐπ' ἀγροτέρας, Capras contra ſylveſtres. ἀγρότεροί τε σύες, *Od.* Λ. 610.

Πρόξ, κὸς, ὁ, ἡ, eſt δορκάδων εἶδος, ſpecies cervulorum; vel ſunt ἐλάφων ἔκγονα νεογνά. Eſt a προκίειν, prodire alacriter: ταχεῖα γὰρ ἡ πρόξ. Eſt idem quod Germanorum ein Reh, caprea.

Λαγωὸς, οῦ, ὁ, lepus, *Il.* Κ. 361. Χ. 310.

v. 296.

Ἀπόθεστος, ου, ὁ, ἡ, quem nemo curat, cujus abſentia nemini moleſta eſt, quem nemo cura dignum putat. ex α priv. & ποθέω, deſidero, ich vermiſſe, ich ſehne mich.

Κεῖτ' ἀπόθεστος, jacebat ſic, ut nemo eum curaret: de cane venatico ſene, olim præſtantiſſimo: ἀφίλητος καὶ ἀτημέλητος.

Ἀποιχομένοιο ἄνακτος, *Od.* Ξ. 450] Domini abſentia contemtum reddiderat canem. Similiter ἄνακτα dominum canis habemus apud *Callimach.* H. in L. Pall. ERN.

v. 297.

Ἐν πολλῇ κόπρῳ, In multo ſtercore; de cane vetulo, in ſtercore in aula ſub dio cubante. ἐλθούσας ἐς κόπρον, *Od.* Κ. 411.

v. 298.

V. 298.

Ἄλις κέχυτο κόπρος, lagen groſſe Miſthauſen. ἄλις, *Od.* Π. 389.

Ὄφρ' ἂν ἄγοιεν, *ſc.* τὴν κόπρον, ut curru veherent, fimum.

V. 299.

Τέμενος. τεμένη, *Od.* Λ. 184.

Κοπρέω, ſtercoro, ich dünge mit Miſt.

Δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες, Servi Ulyſſis agrum magnum ſtercoraturi ſtercore ex aula avecto.

V. 300.

Ἐνίπλειος κυνοραϊστέων, canis, totus obſitus inſectis & vermibus canes infeſtantibus. σκύφος οἴνε ἐνίπλειον, *Od.* Ξ. 113.

Κυνοραϊστὴς, ȣ, ὁ, qui canem perdit & male vexat. & ſic vocatur τὸ τῶν κυνῶν φθαρτικὸν ζωΰφιον, pediculus caninus, qui & ὁ κρότων, de quo proverbium, ὑγιέστερος κρότωνος, de quo vide *Euſtathium ad Dionyſium* τον Περιηγητήν. Eſt ergo ὁ τὰς κύνας ῥαίων. κυνοραϊστέων, *Jon.* pro ςῶν. Ceterum αϊ in talibus eſt diſtractum, ab ὁ ῥαίςης, ȣ, deſtructor. a ῥαίζω, idem quod ῥαίω, adfligo vehementer, lædo & vexo vehementer, corrumpo, diſpergo.

V. 302.

Οὐρῇ μὲν ῥ' ὅγ' ἔσηνε, Cauda quidem igitur ille Argus, canis vetulus, motum dabat. σαίνοντάς τε κύνας, *Od.* Π. 6.

Ρ'] *Ut ſolent canes.* CLARK.

Καὶ ȣ̓᾽ατα κάββαλεν ἄμφω, & aures dejecit ambas: de cane blandiente eminus domino ſuo agnito. νῦν δ' ἐνθάδε κάββαλε δαίμων, *Od.* Ζ. 172.

V. 303.

Ἆσσον δ' ȣ̓κ ἔτ' ἔπειτα δυνήσατο οἷο ἄνακτος Ἐλθέμεν, Non poterat jam ad dominum ſuum Accedere, canis ille æger. ἆσσον σάντ' ἰφέρει, *Od.* Ν. 368.

V. 304.

Αὐτὰρ ὁ νόσφιν ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ, ille autem eminus videns eum canem: niſi potius eſt, ille autem vultum aliorſum vertens, da er das Geſicht auf die andere Seite gewendet: deterſit lacrymam; ne Eumæus videret lacrymas. Vid. ad *Il.* Β. 269. & Ψ. 739.] C'eſt un ſentiment très-naturel; Ulyſſe touché de l'amitié de ſon

 chien,

chien, & le voiant en cet état, pleure en même temps & par amitié & par compaſſion. DAC.

Νόσφι, *Od.* Π. 383.

v. 305.

Ῥεῖα λαθὼν Εὔμαιον, Facile latens Eumæum; ut Eumæus eum non facile animadverteret.

Αἶψα δ' ἐρεείνετο μύθῳ, ſtatimque interrogabat. *pro* ἠρέεινε.

v. 306.

Ἦ μάλα θαῦμα, certe valde mirum viſu hoc eſt. θαῦμα ἰδέσθαι, *Od.* N. 108.

Κύων ὅδε κεῖτ' ἐνὶ κόπρῳ, quod indignabundus dicit, de cane tam præſtante olim.

v. 307.

Καλὸς μὲν δέμας ἐστὶν, Pulcher quidem figura corporis eſt, er iſt ſchön gebauet.

Σάφα, ſupra *v.* 153.

v. 308.

Ταχὺς ἔσκε θέειν ἐπὶ εἴδεϊ τῷδε, velox ſit currendo cum forma hac. Sermo eſt de cane venatico: ex quo apparet, εἶδος dici & in genere, de tota ſpecie & figura externa; das Anſehen von auſſen.

v. 309.

Ἦ αὔτως, οἷοί τε τραπεζῆες κύνες, An ſic, quales ſolent eſſe canes elegantiæ cauſa aliti, oder ob nur ſo, ꝛc. αὔτως, *Od.* Π. 313.

Τραπεζῆες κύνες, domeſtici canes: οἱ μὴ ἐκ τοῦ ἀγρεύειν ζῶντες, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ τράπεζαν, qui ab hominibus aluntur de menſa. Vid. ad *Il.* X. 69.

v. 310.

Ἀγλαΐης δ' ἕνεκεν κομέουσιν ἄνακτες, deliciarum *vel* elegantiæ autem cauſa (zum Staat) alunt tales canes domini. τῷ κέ τοι ἀγλαΐας γε διασκεδάσειεν, ſupra *v.* 244.

Κομέουσι κύνας, alunt canes. ἥ μ' ἐφίλει τ', ἐκόμει τε, *Od.* M. 450.

v. 309. 310.

Erant veteribus principibus etiam κύνες τραπεζῆες, *canes menſales*, quos deliciarum ergo nutriebant. Tales novem Patroclo erant, ex quibus duos in rogum conjecit Achilles. *Il.* XXIII. 173. *ſq.* FEITH. *L.* IV. *C.* II. §. III.

v. 312.

V. 312.

Καὶ λίην ἀνδρός γε κύων ὅδε τῆλε θανόντος; Et omnino eſt hic canis viri procul hinc mortui: und das iſt freylich des in der Fremde verſtorbnen Herrn ſein Hund.

V. 313.

Εἰ τοιόσδ' εἴη ἠμὲν δέμας, ἠδὲ καὶ ἔργα, Si adhuc talis eſſet & corpore, & factis: de cane vetulo, olim præſtantiſſimo.

V. 315.

Θηήσαιο, admirareris. θηεῦντο, ſupra v. 64.

Ἰδὼν ταχυτῆτα καὶ ἀλκὴν, intuens velocitatem & robur ejus: quæ ſunt duæ virtutes canis venatici.

Ταχυτὴς, *Il.* Ψ. 740.

V. 316.

Ὀυ μὲν γάρ τι φύγεσκε (*Jon.* pro ἔφυγε) — Κνώδαλον, Nulla enim hunc canem evaſit — Beſtia.

Βαθείης βένθεσιν ὕλης, profundæ in receſſibus ſylvæ. ergo βένθος non de aquis ſolis dicitur: in den tiefeſten dikeſten Wäldern. νῆα — ἁλὸς βένθοσδε ἔρυσσαν, *Od.* Θ. 51.

V. 317.

Κνώδαλον, ου, τὸ, dicitur *propr.* de leone; is enim dormit cum ſono, ut procul audiri poſſit dormiens. (a κνωσσω, dormio cum ſonitu, quaſi ſerra magna duceretur, ich ſchlafe mit ſchnarchen. & quia talis ſomnus ſolet eſſe profundus: hinc eſt in genere, βαθὺ ὑπνώττω, profunde dormio, cubo dormiens. Vid. ad *Od.* Δ. 809.) *Deinde*, per uſum, quævis fera vel beſtia, marina & χερσαία, ſic eſt appellata] Κυρίως μὲν τὸ θαλάσσιον θηρίον, τὸ κῆτος· νῦν δὲ θηρίον, ὑπὸ κυνῶν ἁλισκόμενον. *Schol.*

Κνώδαλον ἐ φύγεσκε, ὅ, ττι ἴδοιτο, Fera non effugit hunc canem, quamcunque videret. Alii legunt, δίοιτο, perſequeretur.

Καὶ ἴχνεσι γὰρ περιῄδη, nam & veſtigiis valde callebat, er verſtuhnd ſich ſehr gut auf die Spuhren, wo ein Wild gegangen. ἴχνος, εος, τὸ, greſſus, inceſſus. *item* veſtigium.

Περιῄδη (pluſq. perf. Med. *Attice*) γὰρ καὶ ἴχνεσι, etiam veſtigiis ſane plus ſciebat, quam alii canes. *i. e.* in inveſtigandis feris præſtabat multum hic canis. ἐπεὶ

πέρι οἶδε (*pro* περίοιδε. πέρι *pro* περισσῶς, eximie,) νοῆσαι, quia admodum peritus eſt conſilii, nemo facile eum in ſcientia prudentiæ vincit, *Il.* K. 247. ἐπεὶ περίοιδε δίκας ἠδὲ φρονιν ἄλλων, Genitivus pertinet ad verbum: plus quam alii intelligit juſtos mores & prudentiam; περισσότερον τῶν ἄλλων δίκαιός ἐςι καὶ φρόνιμος, *Od.* Γ. 244. περιειδω, valde ſcio & perſpicio, plus quam alii video.

v. 318.

Νῦν δ' ἔχεται κακότητι, Nunc autem vinctus *quaſi* teneatur miſeria. ita *Od.* Θ. 182.

Ἄναξ δὲ οἱ ἄλλοθι πάτρης Ὤλετο, dominus enim ejus alibi procul a patria Periit. ἄλλοθι, *Od.* Π. 44.

v. 319.

Τὸν δὲ (κύνα) γυναῖκες — ὐ κομέουσι, hujus autem mulieres — curam non habent, ſie warten ihn nicht, eum non procurant. Vide ſupra ad *v.* 310.

Γυναῖκες ἀκηδέες, mulieres negligentes καὶ ἀφρόντιδες. εἵματα μέν τοι κεῖται ἀκηδέα, *Od.* Z. 26.

Ἀκηδὴς, έος, ὁ, ἡ, notat *Paſſive*, ὅπερ ὐδεὶς κήδεται, incuratus, cujus nemo curam habet. Notat & *intranſitive*, nihil curans, de nulla re ſollicitus; ſine cura agens. Hinc eſt ἡ ακηδία, incuria.

v. 320.

Δμῶες δ', εὖτ' ἂν μηκέτ' ἐπικρατέωσιν ἄνακτες, Servi autem, quando non amplius eis imperant heri, &c. Hîc vides, ὅση καὶ οἵη ἡ τῶν δὐλων ἀμέλεια, ὅτε μὴ καλῶς ἐπικρατῦνται. (in poteſtate dominorum tenentur.) Ἐι δέ τῷ ἁπλῶς δὐλῳ τὸ ἥμισυ τῆς ἀρετῆς, *i. e.* τῆς εἰς τὰ ἔργα σπυδῆς, ἀφαιρεῖται, πολὺ πλεῖον ἀφαιρεῖται (demitur) τῦ μὴ ἔχοντες ἄρχοντα καλῶς ἐπιςατῦντα. *coll.* 322. *ſq.* Et Eumæus hîc de reliquis ſervis heri ſui abſentis loquitur. ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἐπικρατέυσιν ἄριςοι, *Od.* Π. 122.

v. 321.

Ὀυκ ἔτ' ἔπειτ' ἐθέλυσιν ἐναίσιμα ἐργάζεσθαι, Non amplius poſtea volunt ex debito officio ſuo operari.

Ἐναίσιμα ἐργάζεσθαι, officium ſuum facere. ὅς ἐναίσιμος εἴη, *Od.* K. 383.

Ἐργάζεσθαι, *Od.* Ξ. 272.

v. 322.

v. 322.

Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται — Ζεὺς, Dimidiam enim partem virtutis eripit — Jupiter. Alii pro ἀρετῆς legunt, τε νόυ, i. e. τὸ ἥμισυ τῆς φρονήσεως, dimidium bonæ mentis. Utrumque eodem ſpectat; nam id vult Eumæus: ſervi non ſunt homines integri, ſed dimidiati tantum.

Ἥμισυ — ἀρετῆς, i. e. σπυδῆς μετὰ προαιρέσεως εἰς τὰ ἔργα, die Helfte ſeiner Munterkeit und guten Gemüths. coll. 320.] Τῆς ἑκυσίυ πρὸς τὰ ἔργα ὁρμῆς. Schol.

Ἀποαίνυται, aufert. Θεὸς δ' ἀποαίνυτο νόςον, Od. Ξ. 309.

v. 323.

Ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δύλιον ἦμαρ ἕλῃσιν, Viri, quando eum ſervitus occupat, vel in ſervitutis conditionem delapſi.

Δύλιον ἦμαρ, Od. Ξ. 340. Sic ἐλεύθερον ἦμάρ eſt ἡ ἐλευθερία.

Κατὰ — ἕλῃσιν, pro καθέλῃ, deprimat, occupet, eum ſervitus. κὰδ δ' ἕλον ἱςὸν, Od. O. 495.

v. 326.

Ἄργον δ' αὖ κατὰ μοῖρ' ἔλαβεν (pro κατέλαβεν) μέλανος θανάτοιο, Argum (canem hujus nominis vetulum) autem fatum corripuit (hat ihn ergriffen) atræ mortis.

v. 327.

Αὐτίκ' ἰδόντ' Ὀδυσῆα ἐεικοςῷ ἐνιαυτῷ, Statim cum viderat herum ſuum Ulyſſem poſt vigeſimum annum.

v. 326. 327.

Canis accedentem ad domus ſuæ januam recognoſcit Ulyſſem, & præ gaudio moritur. Similem circumſtantiam in reditu *Tobiæ* refert ſacer Scriptor. (*Cap. XI: 9.*) Non ergo futilis eſt, ut dixerunt nonnulli, aut illepida, ſed belle naturam pingit. Sed quomodo (ajunt) canis poſt viginti annos adhuc viveret? *Canes Laconici* (inquit *Plinius*, Lib. X.) *vivunt annis denis, cetera genera annis quindecim, aliquando viginti. Euſtathius* vero etiam ad quatuor & viginti annos eorum vitam aliquando protrahi teſtatur. Et *Daceria* unum a ſe viſum tres & viginti annos natum confirmat. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p. 163.*

v. 330.

Νεῦσ' (*pro* Νεῦσε) ἐπὶ οἱ καλέσας, Innuit eum ad ſe vocans,

cans, Nutu capitis eum ad ſe vocabat. *i. e* προσκαλίσαλο νευμαλι αὐλον. νεύσω μέν τοι ἐγὼ κεφαλῇ, *Od.* Π. 283.

Παπλήνας ἕλε δίφρον κ. τ. λ. cum circumſpexiſſet, ubi eſſet ſella vacua, ſumſit eam ſellam, ſtantem ibi, in qua ſtructor ſedere ſolebat; eamque ſellam portavit ad menſam. φαῖνη παπλαίνονλι πρὸς πέτρην, *Od.* Μ. 233.

V. 331.

Ἔνθάδε δαιλρὸς ἐφίζεσκεν, (*Jon.* pro ἔφιζε,) cui ſtructor, diviſor carnium & diſſector, inſidebat *vel* inſidere ſolebat. δαιλρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκε, ſtructor, qui carnes ſecuerat, apponebat carnium lances, *Od.* Α. 141. ſed ἡ ταμίη appoſuerat cibos heſternos non calidos, jamque heri ſectos, *ibid.* 139. *ſq.* δαιλρὸν, *Il.* Δ. 262.

V. 332.

Κρέα πολλὰ Δαιόμενος μνηςῆρσι, carnes multas Secans (trenchirend) procis. κρέα δαίελο, καὶ νίμε μοίρας, *Od.* Ο. 140.

V. 335.

Κανέε τ' ἐκ σῖτον ἀείρας, & ex patina illa panem ſumens. Vide ad *Od.* Π. 51.

Ἀείρας, Vide ſupra ad *v.* 237.

V. 336.

Ἀγχίμολον δὲ μελ' αὐλὸν, Non diu autem poſt eum, bald nach ihm. ἀγχίμολον ἐρχομένω, ſupra *v.* 260.

Ἐδύσελο δῶμαλ', ingrediebatur ædes. δύσεο μνηςῆρας, ſupra *v.* 276.

V. 337.

Vide ſupra ad *v.* 202.

V. 338.

ibid. *v.* 203.

V. 339.

Ἷζε δ' ἐπὶ μελίνε οὐδῦ ἔνλοσθε θυράων, Sedebat autem in fraxineo limine intra januas.

Μέλινος & μείλινος. ἔγχος μείλινον, *Il.* Ε. 655.

V. 340.

Κλινάμενος ςαθμῷ, Adplicans ſe poſti, Inclinans ſe ad poſtem januæ, ipſe ſedens in limine.

Κυπαρίσσινος, ίνη, ινον, cypreſſinus. a κυπάρισσος, *Od.* Ε. 64.

V. 341.

v. 341.

Ὃν ποτὶ τίκτων ξέεσεν ἐπιςαμένως, *h. l.* de limine domus. Vid. ad *Od.* E. 245.

Καὶ ἐπὶ ςάθμην ἴθυνε, *ibid.*

v. 343.

Ἄρτον τ' οὖλον ἑλὼν — ἐκ κανέοιο, Panemque integrum (ὅλον) ſumens — ex corbe. χλαίνας οὔλας, ſupra *v.* 89.

v. 344.

Ὡς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον, ſicut ei manus capiebant, quantum capere poterat manibus. Et vide ſimplicitatem heroicam, qua, ſine aliis inſtrumentis, manu ſola bene lota, ad cibos capiendos vel aliis porrigendos utebantur. κρητῆρ' ἓξ μέτρα ἐχάνδανεν, *Il.* Ψ. 742.

Ἀμφιβαλεῖν *h. l.* eſt περιλαβεῖν, περιχεῖν, ſo viel er mit der vollen Hand umfaſſen könnte.

v. 346.

Αἰτίζειν, Rogare. αἰτίζων, ſupra *v.* 228.

Πάντας ἐποιχόμενον μνηςῆρας, ad omnes accedentem procos, apud omnes obeuntem procos. ἔργον ἐποίχεσθαι, ſupra *v.* 227.

v. 347.

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτῃ,

Pudor autem non eſt utilis homini indigo, dona apud alios quærenti.

Pudor iſte eſt intelligendus de audacia libera, qua res ſibi neceſſarias mendici exigunt, & qua ſi non ſunt præditi, miſeriorem eorum conditionem putes. Petentibus enim tantum dari, vox eſt non minus trita, quam vera. Ergo pudor ille ruſticus mendicis omnino eſt inutilis, qualis tamen raro ipſis ſolet ineſſe. Neque tamen impudentes eos eſſe debere intelligimus: cum, ut eſt apud *Euripidem in Medea: ἡ μεγίςη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων πασῶν ἀναίδεια*: ſed audacia, quæ modeſtiæ & verecundiæ ſit immixta, ad libere victum petendum inſtructos SPOND.

Κεχρημένῳ ἀνδρὶ, indigenti viro. καὶ μάλα περ κεχρημένος, *Od.* Ξ. 155.

Προΐκτης, ου, ὁ, ὁ προῖκα ζητῶν λαμβάνειν, qui donum cupit accipere, mendicus. a προῖξ, *Od.* N. 15.

v. 354.

v. 354.

Ζεῦ ἄνα,] Cum ii, qui beneficium a potentioribus gratis excipiunt, non habeant, quo pacto re ipſa parem eis gratiam rependant, ſolent ad preces & vota recurrere, ut *h. l.* Ulyſſes, qui pro beneficio & humanitate Telemachi duo illi optat. Unum quidem generale, alterum vero particulare. Generale, cum eum inter homines beatum eſſe vult: particulare, cum cogitationibus illius fauſtum precatur exitum. Et hoc quidem ab iis, qui hoc audiebant, potuit generalius accipi: ſed præcedentia faciunt, ut credam, tacite Ulyſſem conſilium illud adverſus procos intellexiſſe. SPOND.

Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι, ſc. δὸς vel ποίησον, da *vel* fac, Telemachum mihi inter viros beatum eſſe. Vid. BOS *Ell. Gr. ſub v.* Ποιεῖν. & Διδόναι.

Ὄλβιος, *Od.* N. 42.

v. 355.

Καί οἱ πάντα γένοιθ', (pro γένοιτο,) ὅσσα φρεσὶν ᾗσι μενοινᾷ, Et ei omnia fiant, quæ mente ſua agitat efficienda. *νόστον, ὅπως φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς, Od.* O. 111.

v. 356.

Ἦ, Dixit.

Ἀμφοτέρῃσιν (*ſc.* χερσὶν) ἐδέξατο, ambabus *manibus* accepit. ita *Od* Λ. 593.] Proverbium eſt, *utraque manu accipere*, forſan ex *h. l.* deſumtum. Videtur exprimi pauperum ſtudium & diligentia in accipiendis, quæ mendicando impetrant. SPOND.

v. 357.

Ἀεικελίης ἐπὶ πήρης, indecentem ſuper peram, *ſcil.* depoſuit acceptum cibum, quam pro menſa nunc adhibebat. ἀεικέλιον πάθεν ἄλγος, *Od.* Ξ. 32.

Πηρη, ſupra *v.* 197.

v. 358.

Ὡς ὅτ' (pro ὅτε) ἀοιδὸς — ἄειδεν, pro ἕως ὅτε, ſo lang als, interim dum cantor — canebat.

v. 359.

Ἐδηδόκει, ederat.

v. 360.

v. 360.

Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν ἀνὰ μέγαρ', Proci autem ſtrepitum colloquendo faciebant, ſie redeten laut durch einander; ut congregata multitudo hominum liberorum ſolet; nam canente Phemio ſilentium fuerat. ita *Od* Α. 365. Δ. 768.

'Αυτὰρ 'Αθήνη] Quanquam ex conſilio Telemachi debuit Ulyſſes a procis ſtipem emendicare, noluit tamen Poëta eum hoc ſine divino conſilio aggredi, quod longe eſt auguſtius, quam ſi aliter factum eſſet. Notandum eſt autem, quis ſit finis hujus emendicationis, ut nimirum juſtos & injuſtos cognoſcat, *i. e.* τὰς ἐναισίμους τε καὶ τοὺς ἀθεμίστους: nempe a quibus ſtipe honeſtaretur, & a quibus contra contumelioſe repelleretur. SPOND.

v. 362.

Ὤτρυν', ὡς ἂν —, Incitavit, ut &c.

Πύρνα κατὰ μνηστῆρας ἀγείροι, panes a procis corrogaret, mendici more. πύρνον, ſupra *v.* 12.

v. 363.

Γνοίη θ', οἵ τινές εἰσιν ἐναίσιμοι, οἵ τ' ἀθέμιστοι, Et cognoſceret ſimul, quinam ſint probi & moderati & juſti, quique injuſti. ἐναίσιμοι ſunt οἱ δίκαιοι καὶ κατὰ θέμιν ζῶντες: & his opponuntur οἱ ἀθέμιστοι. ἐναίσιμα ἐργάζεσθαι, ſupra *v.* 321.

Ἀθέμιστοι, contemtores omnis boni moris humani. Κυκλώπων — ἀθεμίστων, *Od.* I. 106.

v. 364.

Ἀλλ' οὐδ' ὥς τιν' ἔμελλ' ἀπαλεξήσειν κακότητος, conſtructio eſt nova, cum *accuſ.* perſonæ & *genit.* rei pendentis ab ἀπό. Sed ne ſic quidem poterat prohibere aliquem a malo; & ſenſus eſt: Etſi aliquis juſtus videri poſſet comparative cum aliis injuſtioribus, tamen ne eum quidem prohibiturus, & defenſurus, & exemturus erat ab infortunio inſtante, & a morte omnibus deſtinata. ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακὸν, ἀλλά κεν ἄλλον σεῦ ἀπαλεξήσαιμι, ego nihil tibi faciam mali, imo & alium paratus ſum arcere a te, *Il.* Ω. 371.

Κακότης, ſupra *v.* 318.

v. 365.

Βῆ δ' ἴμεν αἰτήσων ἐνδέξια φῶτα ἕκαστον, Ivit autem celeriter petiturus dextrorſum a viro quovis. ἐνδέξια pertinet ad ἔβη, & notat, cœpiſſe eum ἐκ τοῦ δεξιοῦ καθίσματος, ἐπὶ ἀγαθῷ συμβόλῳ. Poſſit tamen & ad αἰτήσων referri, ut notet ἐπιδεξίως, dextre, auf eine Art, wie es ein rechter Bettler machen muß. *coll.* 366. ut & ſic fuerit πολυμήχανος. Poteſt & eſſe, κατὰ τὰ ἐνδέξια, *i. e.* δεξιᾷ χειρὶ porrecta, ad accipiendum aliquid. αὐτὸς Θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν ᾠνοχόει, a dextra parte conſeſſus incipiens, ſimul & poculum dextra manu ſua præbens, & dextræ manui alterius; idque boni ominis cauſſa, *Il.* Α. 597. δεῖξ' ἐνδέξια φέρων πᾶσιν, in dextra manu ſua ferens, & in dextram manum accipientis, & a dextra parte conventus hujus incipiens, oſtendit omnibus hanc ſortem, *Il.* Η. 184. Ζεὺς αὐτοῖς ἐνδέξια σήματα φαίνων, fauſta ſigna a dextra parte, *i. e.* ab oriente, *Il.* Ι. 236.

v. 366.

Πάντοσε χεῖρ' ὀρέγων, Quoquoverſus & ad omnes manum extendens, ut mendicus. πάντοσε, ſupra *v.* 209.

Ὡς εἰ πτωχὸς πάλαι εἴη, quaſi mendicus ab antiquo eſſet.

v. 367.

Οἱ δ' ἐλεαίροντες δίδοσαν, Hi vero miſerantes dabant.

Καὶ ἐθάμβεον αὐτόν, ſie machten groſſe Augen über ihn. θάμβησε δέ μιν φίλος υἱός, *Od.* Π. 178.

v. 369.

Supra *v.* 247.

v. 370.

Ἀγακλειτῆς βασιλείης, valde claræ & celebris fama & nomine reginæ. ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας, *Od.* Η. 202.

v. 371.

Ἦ γάρ μιν πρόσθεν ὄπωπα, profecto enim eum antea (vorher, πρὸ ὀλίγου,) vidi.

v. 372.

Ἤτοι μέν οἱ δεῦρο συβώτης ἡγεμόνευεν, *i. e.* ἐγίνετο αὐτῷ ἡγεμὼν ὁδοῦ τῆς εἰς τὴν πόλιν. σὺ δ' ἔπειτα διαμπερὲς ἡγεμόνευε, ſupra *v.* 194.

v. 373.

Αὐτὸν δ' οὐ σάφα οἶδα, πόθεν γένος εὔχεται εἶναι, Quod autem

autem ipſum attinet, non liquido ſcio, unde genere fateatur ſe eſſe. σάφα, ſupra *v.* 307.

Γένος, *i. e.* κατὰ γένος.

v. 374.

Νείκεσσε, ſupra *v.* 239.

v. 375.

Ὦ' ῥίγνωτε συβῶτα, pro ἀρίγνωτε, *per Aphæreſin:* O valde cognoſcibilis ſubulce, quem quivis agnoſcit ſtatim hominem vilem: ut ergo & in malo ſenſu, ſicut ἐπίσημος. ἄγαν γνώριμε ἐπὶ ἀχρείᾳ τέχνῃ, γνωστικὲ ἐπὶ εὐτελείᾳ καὶ οὐδαμινότητι: quem ex primo adſpectu quivis agnoſcit nil niſi ſubulcum & hominem nihili eſſe. contra Melanthius, adfectans elegantias & delicias, non videbatur eſſe αἰπόλος, ſed homo aliquis honeſtior & nobilior. Eſt ergo hoc dictum ἀστειότερον, quam illud *v.* 219. Ceterum eſt hæc aphæreſis & contractio Attica, ſicut ὦ' γαθὲ, pro ὦ ἀγαθέ. ῥεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐστὶ, ſupra *v.* 265.] Dicitur *h. l.* ἀρίγνωτος in partem deteriorem, ut notat *Euſtath. O! nimium note.* Ovid. Metam. I. 198. *Notus feritate Lycaon.* Virgil. Ecl. III. 8. *Novimus & qui te.* ERN.

v. 376.

Ἦ οὐχ ἅλις ἡμῖν (*pro* ἡμῖν) ἀλήμονές εἰσι; an non ſatis nobis vagabundi ſunt? ἅλις, ſupra *v.* 298.

Ἀλήμων, ονος, ὁ, ἡ, circumvagus. idem qui ὁ ἀλήτης.

v. 377.

Πτωχοὶ ἀνιηροὶ, Mendici moleſti. } Vide ſupra ad *v.* 220.
Δαιτῶν ἀπολυμαντῆρες. — }

v. 378.

Ὄνομαι, forma Media, quaſi ab ὄνωμι, ab ὀνίω, valde vitupero, pœnitet me valde alicujus operæ vel rei, ich bin ſehr unwillig worüber, bin unzufrieden. contemno.

Ἦ ὄνοσαι, ὅτι τοι βίοτον κατέδουσιν ἄνακτος Ἐνθάδ' ἀγειρόμενοι; An parum tibi videtur, quod tibi victum comedunr heri tui Hic congregati tot viri? An vituperas id, quod non ſtrenue ſatis abſumuntur bona? Eſt ergo ἀστείως dictum, pro, μέμφῃ ἡμῖν, ὡς μὴ βοροῖς οὖσι, μηδὲ δαπανᾶν εὖ δυναμένοις τὰ τοῦ οἴκου τῶν σῶν δεσποτῶν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἑτέρους ἄγεις τοὺς ἀξιολογώτερον καταφαγομένους ἐκεῖνα;

an

an pœnitet te ſumtuum, qui hic fiunt?] *An parum tibi, non ſatis eſt?* ERN.

v. 379.

